QUAESTIONES AESCHINEAE.

DE CODICUM AESCHINIS GENERIBUS ET AUCTORITATE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS AUCTORITATE ET CONCESSU

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

ACAD. LUGD.BAT. BIBL.

SCRIPSIT

RICARDUS BÜTTNER

GERANUS.

BEROLINI

PROSTAT APUD MAYER & MÜLLER.

MDCCCLXXVIII.

.. EG
..diteur
67, ..RICHELIEU
..aris.

..IEWEG
..ire-Éditeur

Aeschinis oratoris codicum rationes impeditissimae sunt quum eo, quod summa inter singulos libros intercedit dissensio iidemque modo congrediuntur modo digrediuntur, tum eo maxime, quod nullus codex nullumve codicum genus ceteris praestare videtur, ut, quos alii homines docti praedicarunt omnium optimos libros, eos alii pessimos judicarent. Ita quum Frankius et Schultzius omnino aut magnam partem Scheibii codicum aestimationem secuti libris Ctesiphonteae agmn, ut denotari solent, plane se addixissent, nuper Weidnerus*) falso ab illis rejectos esse multo meliores ekl aperte demonstrasse sibi visus est.

Atque hic ingeniose rem provexit et certe verioris perspicientiae aditum patefecit. Quum enim, quiqui ante eum discriptionem librorum tentaverant, propter magnam lectionum discrepantiam archetypum statuere ausi non essent, ille primus omnes Aeschinis codices, qui innotuissent, ex uno eodemque fonte, tamquam ex capite fluxisse declaravit itaque certum rationis criticae jecit fundamentum. Nunc quidem quam maxime fieri possit, elaborandum esse suo jure dicit, ut ante omnia restituantur archetypi lectiones. Recte etiam monet non de omnibus orationibus una quaerendum esse, sed de singulis, quando quidem non omnes orationes omnibus codicibus contineantur, neque iidem codices eandem dignitatem obtineant in omnibus orationibus. Quamquam, qua de re ad Timarcheam planius erit dicendum, neque Weidnerus neque Rosenbergius**) recte singulas orationes ita tractasse videntur, ut in una affixi reliquarum rationem plane non haberent. Illa quidem vehementer comprobo, minus alia. Qua vero ex parte Weidneri judicium de codicum generibus et auctoritate meum facere nequeam, hic uberius exponere mihi est in animo. Atque incipiam a tertia oratione, quia in plurimis libris inest ac Weidneri prolegomena, quibus sententias suas explicavit, ad hanc ipsam pertinent.


---

*) Aeschinis in Ctesiphontem oratio. Recens. expl. Andr. Weidner. Lips. 1872. — Aeschinis orationes. Recens. A. Weidner. Berol. 1872. — A. Weidneri de Aeschinis emendatione ad Cobetum epistola. Gissae 1874.

**) Philol. XXXV. p. 182 sq.

Tertia oratio.

Weidnerus haec tria codicum genera distinxit: ekl (h) = A, agmn = B, mixtum reliquorum librorum genus = M et hoc stemma adumbravit:



Nimirum inde sequitur, ut A et B tantum ad notitiam archetypi aliquid conferre nec immerito inutilem librorum M molem ab eo esse abjectam intellegamus.

Verum enim vero codices Marcianus d, Coislinianus f, Barberinus Schultzii, quorum Coislinianus et Barberinus omnium vetustissimi sunt, non contaminati sunt ex A et B, sed proprio rivulo ex archetypo manarunt, id quod principio demonstrare mihi proposui. Designabo autem hos libros littera M, qua et Weidnerus, quod essent mixti generis et Frankius, quod essent generis mediorum, eos complexi sunt.

Una enim major lacuna, qua nititur Weidneri argumentatio, istis libris cum genere A communis est: § 20 A M omiserunt: *καὶ τὸν ἐκεῖ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κύριον ἄγει.* Hic locus difficillimus, quem nemo adhuc persanavit vel recte interpretatus est, mihi videtur in archetypo aut rasura aut atramenti litura corruptus fuisse. Scribae A et M sive plane nihil jam legere potuerunt, sive, quum nollent verba sensu cassa describere, omiserunt totum locum. Fortasse etiam haec verba in margine aliove loco adscripta obliti sunt. Utcunque res se habet, nil valet haec atque talis lacuna contra ea, quae nunc proferam, argumenta.

Scriba M verba passim servavit, quae casu quodam in codicibus A B interciderunt: §. 152 *ὦ πρὸς μὲν τὰ μεγάλα καὶ σπουδαῖα* [*τῶν πραγμάτων* om. A B] *πάντων ἀνθρώπων ἀχρηστότατε.* W. scribit *σπουδαῖα τῶν πραγμάτων ἀνθρώπων ἀχρηστότατε* contra usum Aeschinis, qui *πάντων* aut *πάντων ἀνθρώπων* ad augendam superlativi vim adjicit, nusquam *ἀνθρώπων*; cf. II 184 *Φωκίωνα . . . δικαιοσύνῃ διενηνοχότα πάντων.* III 207 *ἐπιορκεῖ πάντων προχειρότατα* [*ἀνθρώπων* add. M]. I 77 *παρὰ τοῦ πάντων οἰκειοτάτου ταῦτ᾽ ἐπυνθανόμην.* Interpolationis argueremus hoc loco M, nisi rhetores graeci (Speng. III 36, 169, 186) notionem *τῶν πραγμάτων* vel *τῶν ἔργων*, quod ipsi tradunt, antiquitus hic exstitisse testarentur. Cf. etiam I 33 *περὶ τῶν σπουδαιοτάτων πραγμάτων*; idem est I 22. §3 *ἀλλ᾽ ἤδη ἰδίαν ἡγούμενοι*

[εἶναι add. M et h punctis notat]. Bekkerus et Schultzius optime infinitivum receperunt, quod infra pluribus confirmabimus. — §. 162 διὰ τούτου γράμματα πέμψας [Δημοσθένης om. A B]. Quum subjecta varientur, hoc nomen proprium addi oportet. — § 126 γενέσθαι [τοῦ om. AB] δήμου ψήφισμα. — § 150 ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ [ἐν add. Mn] τῇ Εὐρώπῃ.

Nimirum saepenumero fieri non potuit, ut A et B eadem vocabula praetermitterent. Supervacanea autem ut videntur verba, quibus A B carent, haud multa in uno genere M insunt. § 27 καθάπερ [καὶ] οἱ ἄλλοι ἄρχοντες, at § 249 M om. καὶ post ὥσπερ. W. ad locum nostrum annotat: certe ad constantem Graecorum usum post relativum particulam καὶ exspectari. Aeschines dixit καθάπερ καὶ III 15; καθάπερ I 190; ὥσπερ καὶ I 86, 105. II 147, ὥσπερ I 79, 87. III 195, 249. Neque constans fuisse videtur usus Graecorum. § 60 M add. μετά. § 67 πρέσβεων. § 78 ποτέ. § 100 αὐτῶν. § 101 ἐκ τοῦ ψηφίσματος. §§ 108, 116, 163 om. articulum. § 109 ἐκ. § 126 δέ. § 139 ῥήτωρ. § 163 κοινήν. §§ 163, 206 καί. § 175 αὐτῷ et μάλα. § 182 οὕτω.

Deinde caret M his turpibus molestisque emblematis: § 86 οὐ τὰς ὁμοίας ὑμῖν ἀπέδοσαν [χάριτας]. Bekkero et Cobeto v. l. p. 493 testibus in antiquissimo codice f χάριτας a secunda manu additum est. — § 170 W. recte om. cum genere M δεῖ: τὸν δ᾽ὀλιγαρχικὸν πάντα [δεῖ]* τἀναντία τούτων ἔχειν. — § 178 M ἡμῶν om. post ἡ πόλις. — § 182 M: δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον ἄξιόν ἐστι μνησθῆναι, quod Frankius, Bakius, Cobetus, Schultzius comprobarunt. Quam lectionem exhibent A B: δωρεὰς δὲ τίνας ἐλάμβανον; ὧν ἄξιόν ἐστι μνησθῆναι perperam iteratis litteris ον ortam esse patet. — § 195 Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριᾶ [στεφανοῦν add. A B] ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς. In f στεφανοῦν glossa est, ut, qui in oratoris verba influxerit, facile explicatu sit. Quid? num aliter ex hac re te expedias, quam si generi M das propriam suam originem? Cobetus autem etiam, quae insequuntur verba, quae ad unum omnes receperunt codices, futile additamentum nominat. — § 204 μικρὰ μὲν περὶ τῶν ἰδίων εἶπον, τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων [λέγω]. Cob. v. l. p. 500 hoc verbum, quamvis praeter Weidnerum nemo jam retineat, denuo ejicit atque adjungit se mirari illum emunctae naris hominem opinari praesens tempus λέγω hic aptissimum esse. Nempe Weidnerus id molitur, ne ullum fructum ex genere M percipere posse videamur. — § 232 emblema κριταί, quod in codicibus A B invenitur, cum editoribus Turicensibus exstirpandum esse existimo. — § 252 ὃς ἐκπλεῖν εἰς Σάμον ἐπιχειρήσας; ita optime M, at A B ante εἰς inserunt μόνος vel μόνον.

Aeschinis quidem verborum magnum numerum omisit M: §§ 20, 46, 64, 70, 72, 80, 141, 145 articulum. §§ 20, 181 ἐν. § 205 πρός. § 67 ὡς. § 85 τέ. § 155 γέ. § 157 ἀλλά. § 202 δέ. § 249 καί. § 150 πάλιν. § 173 πώποτε. § 178 fortasse recte ὑμῖν. § 228 μοῦ. § 170 τὸν λόγον πείθειν. § 172 M exhibet νόμους ἐξ ἧς Δημοσθένης ὁ Παιανιεὺς γεγένηται οὐκοῦν pro νόμους Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς, ἐξ ἧς ὑμῖν ὁ περίεργος καὶ συκοφάντης Δημοσθένης γεγένηται οὐκοῦν . . . § 230 M: θαυμάζω δ᾽ἔγωγ᾽ ὑμῶν ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ζητῶ πυθέσθαι, A B: καὶ ζητῶ, quae verba exterminavit jure Cobetus v. l. p. 552. Atqui qui verbum θαυμάζω interpretaretur, verisimilius mihi videtur eum adscripsisse ζητῶ πυθέσθαι, quam solum ζητῶ.

Tum M veriores haud raro suppeditat lectiones, quas scribam omnes finxisse

*) In novissima editione (Aeschines Rede gegen Ktesiphon. Erklärt von A. Weidner. Berlin 1878.) verbum δεῖ restituit. Quae quamquam sero ad me pervenit, tamen omnes fere, qui mutati sunt, locos diligenter respexisse mihi videor.

vix credibile est. § 2 *δοκεῖ* pro *δοκῇ*. § 24 *τῷ θεωρικῷ* pro *θεωρικῶν*. § 111 Mm: *μηδὲ δέξαιντ' αὐτοῖς τὰ ἱερά*, A B: *δέξαιντ' αὐτῶν τὰ ἱερά*. Lectionem M unice veram esse monstrat Cobetus v. l. p. 494. § 121 *θύσειαν* pro *θύσαιεν* (e: *θύσομεν*, l: *θύσειεν*). Praeterea ibi editores conjecturam Bekkeri et nunc quidem codices Vat. et Laur. secuti *μηδ' ὁσίως*, quum A B *μήθ' ὁσίως* habeant et M ipsum formulae vocabulum *μήποτε* servaverit, recte scripsisse non videntur. Cf. § 111 *καὶ μήποτε, φησίν, ὁσίως θύσειαν*. Ibidem rectius *σκοπεῖτε δὴ* pro *σκοπεῖτε δὲ* in M invenitur. § 53 *προσωμολογημένα* Cob. ad Hyperid. Epit. p. 31 cum M pro *προωμολογημένα*. § 155 W. recte cum genere M *σιωπήσεται* dat pro *σιωπηθήσεται*. § 146 *κεναῖς* pro *καιναῖς*. § 168 *ἀποβλέψητε* pro *ἀποβλέπητε*. § 192 *παραλλάξειαν* pro *παραλλάξαιεν*. § 206 Dubius sum an rectius cum M scribamus *διαγωνιζομένους πρὸς ἀλλήλους* aut *ἀλλήλοις*. Cf. § 147 *πρὸς τοὺς ξένους διαγωνίσασθαι*, § 189 *ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους*. § 217 *καθ' ἕκαστα* pro *καθ' ἕκαστον*, cf. II 25 unde Aeschinis usum percipimus. § 228 Mn: *τῶν ἐμῶν λόγων ἐμπειρίαν*, AB: *ἀπορίαν* vel *εὐπορίαν*. Atque B exaraverat *ἀπορίαν*, postea vero in codices gm irrepsit glossa *γρ. ἐμῶν λόγων εὐπορίαν*. Ibidem falso tradunt A B Barberinus *ὡς* pro *ὧν* (*ἐγὼ πυνθάνομαι*). § 244 M recte: *διαχρήσηται*, hkl: *διαχρήσῃ*, Be: *διαχειρίσηται*. § 254 Mn: *μέμνησθε*, A B falso: *μὴ μνήσθητε*. § 189 aut cum M *φήσει* scribendum esse arbitror aut cum Cobeto v. l. p. 499 *φησίν*, quod habent A B, expungendum.

Porro nonnullis locis M praebet vestigia saltem justae lectionis: § 82 Ex Harpocratione restituimus *Γάνον καὶ Γανιάδα*. B om. *καὶ Γανιάδα*, A scr. *καὶ Δάνδια*, M *καὶ Γανίδα*, quod profecto omnium proxime accedit ad *Γανιάδα*. Nihilo minus W. prol. p. XXIII hoc loco nixus praedicat integritatem generis A cum generis B pravitate comparatam ac ne verbum quidem addit de genere M. § 100 Weidnerum ep. ad Cob. p. 19 recte revocasse existimo *ἀνακρεμάσας ἐκ τῶν ἐλπίδων* ex scriptura Mh *ἐπὶ τῶν ἐλπίδων*. Ceteri enim codices dant *ἀπὸ τῶν ἐλπίδων*, quod non abhorret illud quidem, ut opinatur, a communi dicendi consuetudine, sed cum Aeschinis consuetudine convenire non videtur; cf. III 164 *ἐξηρτημένος ἐκ τῶν δακτύλων*. § 203 scribendum est *εἰ καλέσει*. M: *εἰ καλέσῃ* neque ex A *εἰ καλέσειε* neque ex B *εἰ καλέσω* natum esse videtur. § 236 Cob. v. l. p. 503 restituit *τοὺς τάφους*; M habet *τὰ τείχη οὐδὲ τοὺς τάφρους οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφάς*, A B *τὰ τείχη οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφάς*.
γρ. τοὺς τάφους
In archetypo haec exstitisse videntur: *τὰ τείχη οὐδὲ τὰς δημοσίας ταφάς*. Scriba M autem *τάφους* in *τάφρους* corrupit, ut cod. v in altera oratione § 22 *τάφροι* legit pro *τάφοι*.

Vitia etiam in M sunt, quae, si statuis scribam M e codicibus A et B orationem sibi composuise aegre intelleguntur, intelleguntur facillime ex scriptura communis omnium archetypi. Memineris, quaeso, exempli jam supra allati § 82, ut hoc eligam, ubi M exhibet *Γανίδα*, A *Δάνδια*, B lacunam. Consideres hos quoque locos: § 21 B recte *ἐνεχυράζει*, A *ἐνεχυριάζει*, M *ἐνεχειράζει*. § 169 B *ὁμολογήσειν ὑμᾶς*, M *ὑμᾶς ὁμολογήσειν*, A *ὑμᾶς ὁμολογῆσαι*. § 183 A recte *ἐφ' ᾧτε*, B *ἔφη τε*, M *ἔφησε*. § 115 B *σκέψασθε δὴ τὸν δαίμονα καὶ τὴν τύχην ὡς περιεγένετο τῆς τῶν Ἀμφισσέων ἀσεβείας*, A *ὅσῳ*, M *ᾧ*. § 183 A *πόνον ὑπομείναντες*, B *πόνον ὑπομείναντες χρόνον*, M *ὑπομείναντες χρόνον*. § 205 B *βούλεται*, A *βούλοιτ' ἄν*, M *βουλεύεται* vel *βουλεύσεται* (d Barb.). Cobetus haec verba interpolatori tribuit. § 207 B recte *ἀλλ' ἃ δή*, M *ἀλλ' ἅ*, A *ἀλλά*. Ibid. A B *ἔξω* pro *ἔξωθεν*, M *ἔξω τῆς πόλεως*. In archetypo post *ἔξω* rasura exstitisse videtur, quam non curarunt A B, de suo supplevit M. § 132 M *εὐτυχίας* pro *σωτηρίας*. In archetypo fortasse priores quinque litterulae erasae erant. § 227 M *ἀποκρίνοιτο* pro *ἀποκρύπτοιτο*. § 208 M *δὲ λογοποιεῖς* pro *δ' ἑλκοποιεῖς*.

Perspicuum est illam lectionem deberi perversae litterarum distinctioni. Deinde neque quod in f inest scholion πλάττεις λόγους συγκρουστικούς, neque quod in Laurentiano adscriptum est ἀντὶ τοῦ τραύματα ἐργάζῃ καὶ κακὰ in archetypo fuisse conjicio, sed postea demum ad codices inde derivatos pleraque scholia adspersa esse videntur. Quamobrem non mirum est, quod verba scholiorum prorsus ad recensionem ejus codicis, in quo inveniuntur, accommodata sunt, atque frustra ex iis archetypi scripturam restituere studemus. Neque vero nego nonnulla additamenta ex archetypo etiam in nostra scholia transiisse. Verum, ut ad id, unde degressa est oratio, revertamur, num verisimile putas scribam M, si ante oculos habuisset lectiones A et B, quas tot libri recte transscriptas praebent, unum in istum errorem incidisse aut λογοποιεῖς de suo arbitrio commentum esse? § 213 A καὶ πεῖραν λάβω, B καὶ πεῖραν λάβω ὑμῶν, M καὶ πεῖραν ὑμῶν λάβω. In archetypo ὑμῶν intra lineas adjectum fuisse apparet. § 228 Mn εἰρημένων pro Σειρήνων. § 255 M σώμασιν pro ὠσίν. Haec sat superque declarant multa vitia generis M ex collatione librorum A B non intellegi.

Sequuntur ad illustrandam generis M naturam reliqua, quae in eo solo reperiuntur, menda: § 8 f Barb. ἀκούοιτε pro ἀκούσητε. § 41 ψευδὲς — ψευδῆ. § 46 γεγένηται — γίγνεται. § 48 Mhq ἐποβαλεῖν — ὑποβάλλειν. § 56 προΐδητε — προειδῆτε. § 62 τουτὶ — τοῦτο. § 64 Φιλοκράτη — Φιλοκράτην et Δημοσθένη — Δημοσθένην. Alias M recte conformatam accusativi formam exhibet. §§ 65. 129 στρατία — στρατεία, at § 136 στρατεία — στρατιά. Omnino multa menda itacismo debentur. § 76 ἔθηκε — ἐκάλεσε; sequitur enim ἔθηκε post pauca. § 77 ἑβδόμῃ δ᾽ἡμέρᾳ — ἑβδόμην δ᾽ἡμέραν. § 81 πρέσβεις — συμπρέσβεις, quod delet Cobetus. § 95 πόσον — ὁπόσον. § 97 καὶ τὸ — τό τε (ἀπόρρητον); ibid. εἰς Πελοπόννησον — ἐκ Πελοποννήσου. §. 107 ἡμέτεροι — ὑμέτεροι. § 119 ἐπαύλια — αὔλια. § 120 βουλεύσασθε — βουλεύεσθε. § 121 ποιήσηθε — ποιήσεσθε, deinde μήτε — μηδέ. § 126 διεγράψατο — διεπράξατο. § 127 οὕτω — οὑτωσί. § 128 μάλα — μάλιστα. § 130 Ἀμινιάδης — Ἀμεινιάδης. § 143 τῆς — τὸ (ἀνάλωμα), illud ad ἡγεμονίαν est referendum. § 146 στρατηγεῖον — στρατήγιον. § 160 Mg πάλιν αὐτὸς — πάλιν αὖ. § 167 εἰς αὐτὸν — σαυτόν. § 177 M μεγάλα νῦν οἶμαι σημεῖα δείξειν ὑμῖν, A B habent τούτων pro νῦν. § 179 οὐδέ — οὐδεὶς ἄν. Cobetus totam sententiam in suspicionem vocavit. § 182 Mh τὰς τάξεις — τὴν τάξιν. § 182 ἀνάξιοι — ἄξιοι. § 187 φεύγοντας — φεύγοντα. § 187 ἀγαγόντων — καταγαγόντων et χρυσός — χρυσοῦς. § 188 εἴτε — εἰ τοῦτο. § 192 ἐποίουν — ἐποιοῦντο. § 195 ὑπελογίσαντο Barb., ἐλογίζοντο df — ὑπελογίσαντο. § 196 στρατιῶται — στρατηγοί. § 202 ὧδε — ἐγὼ δέ. § 204 φυγὼν — φεύγων. § 208 θεοὺς κενοὺς — θεοὺς καινούς. § 216 ἀλλὰ καὶ τὴν ἡσυχίαν αὐτὴν τοῦ βίου διαβάλλει — ἀλλὰ καὶ τὴν ἡσυχίαν μου τοῦ βίου διαβάλλει. § 218 γὰρ — δέ § 223 οὕτω — οὐ τό. § 237 περιτίθης — περιτιθείς. § 240 αὑτοῦ — σαυτοῦ. § 252 ἐγχειρήσας — ἐπιχειρήσας. § 253 ἁπάντων — ὁ πάντων. § 256 βλέψαντες — ἀποβλέψαντες; ibid. ἀναπεισθήσεσθε — ἀναπεισθήσεσθαι. § 257 ὥσπερ — ὡς. § 259 Mn ἀντιπρᾶξαι — ἀντιπράττειν. — Raro invertit M collocationem verborum, cf. § 140 ἥπτετο αὐτῶν pro αὐτῶν ἥπτετο. § 235 δ᾽ὑπ᾽ἐμοῦ — ὑπ᾽ἐμοῦ δέ. § 245 Mn παράδειγμα χρὴ — χρὴ παράδειγμα.

Tum si M ex A et B contaminatum esset, mirifico ingenii acumine summaque diligentia scriba M veriores lectiones dignovisset, lacunas, quae multae in A insunt, pauciores in B, explevisset, emblemata evitasset. Neque intellegeremus, quomodo hominem adeo accuratum magna illa lacuna § 172 fugere potuisset vel cur illam lacunam § 20 ex B non explevisset. Infra autem, ubi lectiones A B M accurate comparabimus, haec multis exemplis illustrabuntur.

Postremo quum nulla dubitatio esse videatur, quin codex archetypus aliquando omnes tres continuerit orationes, equidem non perspicio, quomodo fieri potuerit, ut M in Timarchea

propriam recognitionem repraesentet, in altera et tertia oratione ex A et B conflatum sit. Nisi forte opinaris etiam in Timarchea M ex A et B contaminatum esse, genus A vero interiisse. Sed habemus codicem l generis A ibi plerumque cum codicibus abm consentientem, quem si comparaveris, concedes de contaminatione cogitari non posse. Neque praetermittendum esse arbitror, quod ne Weidnerus quidem utique sibi constitit, sed invitus nonnunquam genus M auxilio vocavit, quo A servasse archetypi scripturam comprobaret cf. prol. p. X ad § 205. Inconstantiae ejus etiam tribuendum est, quod in altera oratione, quum rationes codicum easdem atque in Ctesiphontea esse statuisset, lectiones M omnes in apparatum criticum recepit, in Ctesiphontea non item.

Haec argumenta non singula, omnia tamen in unum conjuncta luce clarius demonstrant M ex A et B non derivatum esse.

Relinquitur, ut pluribus dicam de singulis codicibus atque maxime de codicibus h et n. Atque scriba h non inspexit libros B, n non inspexit libros A, sed uterque libros M: ille in §§ 1—158, hic in §§ 227 usque ad finem. Respice quaeso hos locos: § 63 A *ὡς Φίλιππον*, Mh
παρα
πρὸς Φ. § 70 A *κατασκευάζοντες*, M *παρασκευάζοντες* h *κατασκευάζοντες.* § 71 A *ψηφίσματι*, Mh *δόγματι.* § 41 Mh *φευδές — φευδῆ.* § 46 Mh *γίγνεται — γεγένηται.* § 79 A *τὰς ἀτυχίας*, Mh *τὴν ἀτυχίαν* § 81 Mh *πρέσβεις — συμπρέσβεις.* § 83 A *πρεσβεύσαντας*, Mh *ἐπιστρατεύσαντας.* § 116 M *τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας — χρυσᾶς ἀσπίδας*; mh. *γρ. τὰς χρυσᾶς.* § 158 MB *ἐπευθύνειν*,
ἐπ
A *ἀπευθύνειν*, h *ἀπευθύνειν.* Etiam in verborum collocatione h saepius cum M congruit; cf. § 103. De codice n haec exempla conquisivi: §. 227 AB *ἀποκρύπτοιτο*, Mn *ἀποκρίνοιτο.* § 228
οἱ
MB *ὡς*, Mn *ὧν*, paulo post AB *Σειρήνων*, Mn *εἰρημένων.* § 235 AB *οἱ*, Mn *καί*, h *καὶ.* § 236 Mn *τοὺς τάφρους* inserunt. § 249 Mn om. *καί.* § 253 Mn *ἁπάντων — ὁ πάντων* § 254 Mn *μέμνησθε*, AB *μὴ μνησθῆτε* § 256 AB *Βυζαντίους*, Mn *βυζάντιον.*

Neque enim contrariam licet facere conjecturam a scriba M illos adeo recentes codices saeculi sexti decimi collatos esse. Nunc quidem non jam miraberis, quod in Timarchea libri hdf Barb. prorsus consentiunt. Hoc fugit criticos. Jtaque ante omnes Weidnerus, ubicunque Mn vel Mh probam lectionem exhibent, eam non codicibus M, sed codicibus n et h deberi
ἀπὸ
contendit. Cf. ad § 100, ubi AB dant *ἀπὸ τῶν ἐλπίδων*, M *ἐπὶ τῶν ἐλπίδων* h *ἐπὶ τῶν ἐλπίδων*, Weidneri verba in ep. ad Cob. p. 19 „Quare cum in uno quodam meliore libro (h) servata sit *ἐπὶ* suprascripto *ἀπό*, conveniens videtur rationi criticae restituere *ἐκ τῶν ἐλπίδων.*“

Addam etiam, quod in codices mg corrector quidam complures lectiones generis A intulit. Inde saltem id videmus, quam facile propria codicum species commutari et obscurari potuerit. Quod admodum valet in reliquos a Weidnero optimo jure abjectos libros. Omnes affinitatis gradus indicare quis potuerit? Sed profecto illis adhibitis nihil lucramur. Intricarunt vero maximopere correctores rationes criticas alterius orationis.

Haec habeo, quae dicam de generibus codicum Ctesiphonteae, convertamur nunc ad ponderandam codicum auctoritatem. Atque Weidneri sententia illustratur his ejus verbis: „Habemus non modo duplex librorum genus, sed duplicem recensionem vel recognitionem. Et alterius quidem exempli auctor (= B) majore doctrina et audacia instructus erat, quam ille,

qui recensionem confecit, quam littera A signavimus.“ „Videmus unius recensionis auctorem non sine aliqua fide et religione, quae verba invenerit, vel intra vel extra versus, ea integra transscripsisse, alterius autem recensionis auctorem grammaticum fuisse, qui non modo praedicati numerum emendarit, sed ordinem etiam verborum ad communem normam immutarit.“
Jam quoniam peculiarem generis M originem esse reperimus, res plane alia fit. Duone enim an tria habeamus librorum genera, quum ad revocandam archetypi scripturam, tum ad aestimandam librariorum vel, si malis, grammaticorum operam et industriam summi momenti esse unusquisque intellegit. Nempe verisimillimum est, quas lectiones duo genera AB vel AM vel BM tradant, eas in archetypo aliquo modo exstitisse. Quum vero ille multis mendis variisque additamentis scateret, potuit, fateor, fieri, ut duo scribae in eundem errorem inciderent, non tertius. Quamobrem suspicionem corruptelae consensus duorum generum illam quidem non tollit, sed intellegimus Weidnerum perverse novas grammaticorum A et B recensiones statuisse omninoque nimis eo inclinasse, ut librariorum errores pro conjecturis grammaticorum haberet. Etenim plurimis locis consensus duorum generum nos docet vitiorum causas in archetypo delituisse. Atque homo ille doctissimus eodem vitio atque priores Aeschinis editores, qui nimis favebant generi B, se implicuit, ut alterum genus (A) in coelum tolleret, alteri omnem auctoritatem abjudicaret. Sane quum novam viam se commonstrasse inveteratasque opiniones impugnandas esse non ignoraret, facile adduci poterat, ut modum sanae rationis criticae excederet. Quid, quod temere dicit, si verba spuria in A addita essent, eorum vestigia in archetypo fuisse, sin quando in B, ea grammaticum sibi excogitasse? Sed haec ipsius verba legeris prol. p. IX ad § 127: „nam in archetypo si illa supra lineam fuissent adscripta, essent etiam in A servata.“ Tot tantasque lacunas, quibus A deformatum est, grammaticus B de suo arbitrio credo non supplevit. Quamobrem saepius ea verba, quibus Scheibium et Frankium perstrinxit, ei reddere licet: si quid falsi et pravi in B invenit, istos codices deterrimos esse clamitat, si quid recti occurrit et veri, videlicet interpolatoris acumen sibi deprehendisse videtur.

Verum haec missa facio. Pergamus ad ponderandas lectiones. Atque necesse esse existimo, ut de Mss. integritate vel pravitate certum judicium facere possimus, componi varias lectiones quam accuratissime in ordines quosdam redactas et inter se comparari. Nam quum ab utraque parte probas et pravas lectiones multas proferre liceat, singulis locis nihil proficimus. Neque tam aestimare debemus lectiones utriusque generis, quales sint, sed etiam numerare, quot sint. Hic vero, ut via quam certissima progrediamur, primum eos locos ante oculos ponam, in quibus etiam Weidnerus genus A vitiosum esse concedit, deinde eos, ubi B vitiosum mihi videtur, postremo eos, in quibus genus B, praesertim quum congruat cum M, contra illum defendo. Qui quum generis B infestissimus adversarius quam maxime generi A faveat, perpaucis locis falso generi B se accommodaverit.

Lacunae in A:

§ 9 om. *τε.* § 24 *πω.* § 41 *δέ.* §§ 120. 125 *καί.* §§ 180. 215 *μέν.* § 197 *μή.* § 207 *ἀλλά.* § 212 *γε.* — § 44 *περί.* § 124 *ἐν.* § 179 *εἰς.* § 155 *ἕνεκα.* — § 61 *τοῦ.* § 62 *ὁ.* § 110 *τό.* § 146 *τά.* § 176 *τόν.* § 183 *τῇ.* § 192 *τά.* § 220 *τήν.* § 235 *τῇ τοῦ.* — § 26 *ἁπάσας.* § 47 *αὐτῶν.* § 103 *αὐτοῦ.* § 189 *ἐκεῖνον.* § 252 *ὅς.* — § 53 *οὕτως.* § 149 *ἰδίᾳ.* — § 41 *ἐν τῷ θεάτρῳ.* § 84 *τρία.* § 188 *τὸν δῆμον.* § 202 *ῥήμασιν.* — § 109 *ἔχωσαν.* § 180 *οἶμαι.* — § 20 *καὶ τὸν ἀεὶ σκυθρωπὸν καὶ τῶν μεγίστων κύριον ἄγει.* § 31 *στεφανοῦν, ὑμεῖς δὲ ὀμωμόκατε κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι, ὁ δὲ ῥήτωρ γέγραφε τὸν ὑπεύθυνον.* Scriba a voce *ὑπεύθυνον*, quae praecedit, ad alterum *ὑπεύθυνον* oculis aberravit. § 55 *ὁποῖον τούτων τῶν τεττάρων αὐτοῦ καιρῶν κατηγορῶ.*

Haec verba Cob. v. l. p. 489 expelli vult; mihi quidem necessaria videntur. § 116 *εἰπεῖν τι πρὸς τοὺς Ἀμφικτύονας ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ αὐτὸν οὕτω προῃρημένον. ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμότερόν πως εἰςεληλυθότος εἰς τὸ συνέδριον.* Hoc quoque loco repetitum vocabulum *συνέδριον* lacunam creavit. Scriba h hunc locum in ima pagina positum ex M supplevit. § 175 *καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις ὑμῶν, εἰ εἰσὶ φύσεως γραφαί.*

Lacunae in B:

§ 4 om. *καί.* § 62 *δέ.* §§ 123. 179 *ἄν.* § 137 *πάλαι.* § 147 *ἤδη.* — §§ 39. 83 *περί.* § 86 *ὑφ᾽* (*ὑμῶν*). § 169 *πρός.* — § 42 *οἱ.* § 115 *τόν.* § 57 *σοι* ante *σύνοιδα.* § 74 *τῇ.* § 80 *τά.* § 98 *ὑμῶν.* § 132 *ἑτέρων.* § 212 *πάντας.* — § 61 *τῶν Ἑλλήνων.* § 198 *ὅρκον αἰτεῖ.* Ibi enim verbum *αἰτεῖ* quater iteratur. § 43 *τιμαῖς* ante *τιμᾶσθαι.*

Videsne multo magis A quam B lacunosum esse? Patet enim atque quo longius progrediemur magis patebit scribam A non tam doctrina destitutum fuisse, ut Weidnerus docet, quam accelerante manu transscripsisse archetypum, ita ut eum rectius incuriae quam simplicitatis arguamus. Genus M autem, etsi praecipue in priore orationis parte multa vocabula omisit, tamen cum A et B paucas lacunas exhibet communes, quae quidem facillimae sint explicatu. Praeter magnam enim illam lacunam § 20, de qua supra disserui, cum B omisit haec levissima vocabula: § 39 *περί.* § 42 *οἱ* ante *ὑπό.* § 123 *ἂν* post *ἐκινδυνεύσαμεν.* § 179 *ἄν.* § 147 *ἤδη.* Quare ita nobis procedendum est, ut ubicunque A verba, quae in MB leguntur, omisit, ea in archetypo aut intra aut extra lineas exstitisse statuamus. Utrum vero emblema habeamus necne, non demonstratur lacunis generis A, sed sententiarum nexu et usu Aeschinis Atticorumque dijudicatur. Quamquam complura additamenta a scriba A rectissime non recepta esse non ignoro. Quis enim est, quin Weidnero hoc concedat? Sed in universum maluit perperam genus B emblematis arguere, quam genus A lacunae. His locis cum eo non consentio:

§ 8 *κἀκεῖνο* [*δὲ* om. A W.] *χρὴ διαμνημονεύειν* id est: sed illud etiam meminerim necesse est. Intellegis autem particula *δὲ* annecti sententiam ad ea, quae praecedunt et *καὶ* pertinere ad *ἐκεῖνο.* Saepius ita Aeschines enuntiationes copulavit cf. I 18 *κἀκεῖνο δέ μοι συνδιαμνημονεύσατε* I 49 *βούλομαι δὲ κἀκεῖνο προειπεῖν.* I 188 *θαυμάζω δ᾽ ὑμῶν, ὦ Ἀ., κἀκεῖνο.* Nusquam *κἀκεῖνο* solum ponit, nusquam *κἀκεῖνό γε*, quod W. temere inferre studet I 69. Praebent enim libri *κἀκεῖνο δέ μοι* [*γε* add. A] *πρόδηλόν ἐστιν*, W. *κἀκεῖνό γέ μοι πρόδηλόν ἐστιν.* Quod si particula *γε* adjungitur, sententia paulum commutatur cf. *ἐκεῖνό γε εὖ εἰδώς.* Sed ille, quum a grammaticis saepius particulas inseri animadvertisset, operam, dat, ut asyndeta oratori obtrudat. Cf. § 91 *ταῦτα* [*δὲ* om. A W.] *διανοηθείς.* § 218 [*ἀλλ᾽* om. A W.] *οὐκ ἀναγκαζόμενος.* § 183 [*καὶ* om. A W.] *ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος.* Hic quidem annotat asyndeton hoc esse satis frequens atque comparat Demosth. 24,11—13 locum a nostro prorsus alienum, ubi fere omnes sententiae *ἀσυνδέτως* componuntur, turbulentaque est Demosthenis oratio. Caveas vero ne Aeschinis elocutionem ubivis ex Demosthenica emendare velis. Prorsus aliam naturam atque indolem prae se fert illius oratio. In memoriam revoco illa *ἐνθυμήματα* cf. II 110 quibus abundat ille, noster illudit saepius. Ac ne id quidem verisimile esse mihi videtur eum Andocidis stilum imitatum esse, licet totum locum ex scriptis illius orationibus in primam orationem (§ 174) paene ad verbum transtulerit. Quid quod noster semel tantum I 188, ubi argumentandi formam quae dicitur de contrario habemus, conjunctionem *εἶτα* usurpasse videtur, quae apud Demosthenem et Andocidem frequentissima est? At sexcenties legeris *ἔπειτα.* Itaque patet Weidnerum I 164 et III 225 perperam conjecisse *εἶτα*; atque etiam I 188 corrigi *ἔπειτα* satius duco, cf. III 174 *ἔπειτα τί συμβαίνει τῇ πόλει κτλ.* Vid. G. Gebauer de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis, quae reperiuntur

apud oratores Atticos p. VIII. Neque minus probabilis est suspicio eum consulto vitasse particulam *αὖ*, quae nusquam invenitur nisi III 160 in codicibus A B: *πάλιν αὖ τερατευόμενος*, quum codices Mg exhibeant *πάλιν [αὐτός] τερατευόμενος*. Hanc particulam Weidnerus III 244 in orationem temere inferre studuit.

§ 12 *τὴν πρόφασιν, ἥν* [*ἐγὼ* om. A W.] *ἀρτίως προεῖπον*. Hanc annotationem adjecit: „Deteriores libri ante hoc adverbium *ἀρτίως* posuerunt *ἐγὼ* contra Aeschinis consuetudinem, cf. I 26. 37. Debuerant saltem adverbio ictu elato priorem locum dare. Pronomen quidem ita praepositum nescio quid inpudentiae habet.“ Jam vero illa Weidneri modestia Aeschini ignota fuisse videtur, quoniam saepissime ad ipsum pronomen relativum, ad *ὡς* et *ὅτι* adjungit *ἐγὼ* verborum, quae sequuntur, ratione non habita. Quomodo vero W. afferre potuit I 26 *ὧν* [*ἐγὼ* add. A] *ὀλίγῳ πρότερον ἐν τῷ λόγῳ ἐπεμνήσθην* (nam I 37 nullus codex *ἐγὼ* habet), ubi ii, quos optimos libros judicat, ex v e r a Aeschinis consuetudine *ἐγὼ* post pronomen relativum ponunt? Sed cf. III 118 *ἃ ἐγὼ οὔτε τότ᾽ ἐκαρτέρουν ἀκούων, οὔτε νῦν ἡδέως μέμνημαι αὐτῶν*. Conferas etiam, si libet, Timarcheae quidem §§ 42. 44. 71. 99. 116. 173.

§ 58 *τὴν προτέραν* [*ἐκείνην* om. A W.] *εἰρήνην*. Bene quadrat quidem *ἐκείνην* in hunc locum, sed hic et alias disceptari nequit, num ab Aeschine profectum sit pronomen. Nimirum semper parati fuerunt grammatici pronomina inserere, sed genus A ex hac quidem parte non id esse vidimus, quod tuto sequamur. Neque, quidquid abesse potest, statim exstirpandum est. Quare his locis cum Weidnero dissentio: § 61 *τοὺς* [*παρ᾽ ἐκείνου* om. AW.] *πρέσβεις*. § 68 *γράφει . . .* [*ὑμᾶς* om. AW.] *βουλεύσασθαι*, cf. §. 69 *ἔγραψαν ὑπὲρ εἰρήνης ὑμᾶς μόνον βουλεύσασθαι*. § 76 *ὑπόλοιπον δέ μοί ἐστι τὴν κολακείαν* [*αὐτοῦ* om. AW.] *διεξελθεῖν*. § 94 *δεινότερον φανήσεται* [*ὑμῖν* om. AW.] *ὃ μέλλω λέγειν*. § 100 *οἵτινες δεήσονται* [*αὐτοῖς* om. AW.] *τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον καὶ ἐχθρόν*. § 117 *δαιμονίου τινὸς ἐξαμαρτάνειν* [*αὐτὸν* om. AW.] *προαγομένου*. § 187 *ὅσοι* [*αὐτῶν* om. AW.] *ἐπὶ Φυλῇ ἐπολιορκήθησαν*. § 222 *πλεῖον τῆς πόλεως* [*ἡμῶν* om. AW.] *ἀφανίζων*. § 225 *τελευτήσαντος δὲ* [*αὐτοῦ* om. AW.] — § 9 *τὸ ψήφισμα* [*τοῦτο* om. AW]. W. annotat pronomen *τοῦτο* facile abesse posse, quia vis ac natura articuli sit demonstrativa. Conferri jussit § 186 *οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν* [*ταύτην* om. AW.]; I 67 *ἐπιδείξω οἵους ἀπεργάζεται ἀνθρώπους τὸ ἐπιτήδευμα* [*τοῦτο* om. f.] Debuerat saltem locum Aeschinis afferre non addubitatum. § 187 *καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶν ἔλαττον ἢ δέκα δραχμαὶ κατ᾽ ἄνδρ᾽* [*ἕκαστον* om. AW.]

§ 64 *ἵνα μὴ μετὰ τῶν* [*ἄλλων* om. AW.] *Ἑλλήνων, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ ποιήσησθε τὴν εἰρήνην*. W.: „exspectaveris *μετὰ τῶν ἄλλων*, sed tamen saepenumero illud invenitur, cum oratio instituitur vel de sociis Atheniensium vel reliquis Graecorum civitatibus praeter Atheniensium populum cf. 70. 106.“ Accuratius debuit illos locos reputare. Nostro enim loco Athenienses et reliqui Graeci in unum conjuncti Philippo opponuntur atque, quia tria habemus membra, propterea additur *ἄλλων*, ut est in omnibus codicibus § 67 *ἵνα μὴ μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων . ., ἀλλὰ μόνοι ποιήσησθε τὴν εἰρήνην*, II 32 bis, II 79; ibi (§ 70. 106 alibi) Athenienses ceteris Graecis opponuntur atque plerumque pronomen *ἄλλοι* deest. Sed judices ipse: § 70 *ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἑλλήνων ἐν τρισὶ μησὶν εἰς τὴν αὐτὴν στήλην ἀναγράφεσθαι μετ᾽ Ἀθηναίων*. § 106 *Δημοσθένης ἀπώλεσε τὰς τῶν Ἑλλήνων καὶ τῆς πόλεως πράξεις*.

§ 156 *πρὸς τοῦ Διὸς καὶ* [*τῶν ἄλλων* om. A. Cobet. W.] *θεῶν*. Eandem interpolationem Cobetus sibi deprehendisse videtur I 70 *εἴπατέ μοι πρὸς* [*τοῦ*] *Διὸς καὶ* [*τῶν ἄλλων*] *θεῶν*. I 87 *φέρε δὴ πρὸς* [*τοῦ*] *Διὸς καὶ* [*τῶν ἄλλων*] *θεῶν*. Si Attici ad has formulas pronomen *ἄλλοι* nun-

quam addidissent, Cobeti ratio et Weidneri, qui eum secutus est, justa esset. Sed quoniam Attici apposito illo pronomine non abstinuerunt, atque I 70 codices omnes tradunt *πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν*, putandum est ab Aeschine formulam ita neque aliter pronuntiatam esse. Haec ex mea quidem sententia sana ratio critica est. Praeterea ideo versimilius est in A *τῶν ἄλλων* III 150 excidisse, quod articulus *τοῦ* ante *Διὸς* praepositus est, qui in locutione *πρὸς Διὸς καὶ θεῶν* locum non habet. Postremo, si placet, cf. Dem. VIII 49 *νὴ τὸν Δία καί πάντας τοὺς θεούς*. IX 54 *νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς ἄλλους θεούς*. Neque solum *ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ* dixit Demosthenes, sed etiam *ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί* (XIX 15). Nempe variant orationem veteres neque nostrum est eos regulis circumscribere.

Porro his locis, quid rectius sit, vix disceptatur. § 13. AW. *χειροτονεῖ*, MB *εἴωθε χειροτονεῖν* § 27 *ἔγραψε* [*τὸ ψήφισμα* om. AW.] § 28 *ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτ' εὐθὺς* [*λέγων* om. AW.] § 40 *τοῖς πρότερον κειμένοις* [*νόμοις* om. AW.] *τιθείς*. Sed cf. §§ 38, 40. § 76 *οὐδεμίαν* [*πώποτε* om. AW.] § 132 *τὸ* [*ἐν Δελφοῖς* om. AW.] *ἱερόν*. § 99 [*εὖ* om. AW.] *οἶδεν*. Sed adamare videtur Aeschines adjungere ad *εἰδέναι* vel *εὖ* vel *σαφῶς* vel *ἀκριβῶς* vel *πάντας* similia, quibus notio sciendi adaugetur, cf. II 44, III 6. 8. 93.

Optimo vero jure W. verba cum A a se omitti opinatur, si quando plura fere ejusdem sensus sunt. Sed cum viderimus A multo magis quam B et M lacunosum esse, ubi ambigi potest, potius in A lacunae quam in B emblemata statuenda sunt, praesertim quum demonstraturus sim A non minus quam B et M additamentis scatere. Ac ne id quidem negari potest scribam, ubi similes notiones invenisset, facillime verbum aliquod praetermisisse. Monet Weidnerus, monet Cobetus, ut comparemus codicem Σ Parisinum Demosthenis cum ceteris interpolatis, Isocratis Urbinatem et priores editiones. Optime! Videmus quoties verba interposita sint explicandi causa, alia ad supplendam sententiam, alia simili loco adscripta in verborum contextum irrepsisse. At apud Aeschinem nisi ostenderis eam elocutionem ineptam esse aut ab Aeschinis Atticorumque consuetudine abhorrere, causa removendi tibi adempta est. Consentaneum etiam est, ubi BM congruant, de interpolatione librarii B cogitari non posse. Haec valent in hos locos: § 59 *ὁμολογήσας* [*καὶ ἐπινεύσας* om. AW.] §. 132 [*ἀνελπίστων καὶ* om. AW.] *ἀπροσδοκήτων*. § 187 *ἣν μὲν γὰρ τὸ ψήφισμα* [*γράψας καὶ* om. AW.] *νικήσας Ἀρχῖνος*. W. prol. p. XVII: „Doctissimus noster B excogitavit hoc: *ἣν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας καὶ νικήσας Ἀρχῖνος*, quasi vero ille legum violatarum nomine in jus judiciumque vocatus esset!" Hanc argumentationem mente mea non assequor. Nonne *γραφεὶς* et *γράψας* confudit? § 197 gmn *τίς οὖν ἀποδέδεικται λόγος ἀνδρὶ συνηγόρῳ δικαίῳ καὶ σώφρονι*, Ma *δικαίῳ συνηγόρῳ καὶ σώφρονι*, AhW. om. *καὶ σώφρονι*. W. prol. p. XVII: „Reliqui ejusdem generis codices (praeter Ma), cum adjectivorum distractio offendisset, longius interpolando progressi praebent: *ἀνδρὶ συνηγόρῳ δικαίῳ καὶ σώφρονι*." Neque solum de codicibus errat, in quibus distractionem illam adjectivorum legi dicit, sed etiam vanam profert conjecturam. Verisimilius est scribam archetypi, quum oblitus esset *δικαίῳ*, hoc vocabulum postea intra lineas adscripsisse. Inde variae illae lectiones. — § 246 AW. *κηρύττεταί τις ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅτι στεφανοῦται ἀρετῆς ἕνεκα ἄνθρωπος ἀσχήμων τῷ βίῳ*; MB *ἀρετῆς ἕνεκα καὶ ἀνδραγαθίας καὶ εὐνοίας ἄνθρωπος ἀσχήμων* [M add. *ὢν*] *τῷ βίῳ καὶ βδελυρός*. W. prol. p. XIX: „Quid quaeso pertinet huc ista *εὔνοια*? Non voluntates hominum inter se comparantur, sed virtutis species et turpitudo vitae". Primum *εὔνοια* pertinet ad civitatem neque modo inter se homines praestare possunt benevolentiam, sed etiam erga rem publicam: cf. § 159 *διὰ τὴν πρὸς τὴν πόλιν εὔνοιαν*. II 26. 46. 118. 181.

Deinde recitat Aeschines publicam plebiscitorum formulam. Denique sententiae concinnitas postulare videtur, ut alteri oppositionis membro duas illas notiones reddamus. — § 171 *πῶς ἔχει αὐτῷ*; [*ἐγὼ φράσω* om. AW.] § 242 *νυνὶ δὲ οὐ φήσεις δύνασθαι* [*λέγειν* om. Ag W.]. Certe librarius g vocem *λέγειν* praetermisit, cur non item librarius A? Sed *λέγειν* etiam plane necessarium est: nusquam omittitur infinitivus, nisi forte in proxima enuntiatione antecedit. Hic vero ex proxima sententia supplendum esset *πρεσβευτὴς χειροτονεῖσθαι*. Cf. III 138 *οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος*. § 245 *καὶ τὸ μέγιστον*, [*ἐὰν* om. AW.] *ἐπερωτῶσιν ὑμᾶς οἱ νεώτεροι, πρὸς ὁποῖον χρὴ παράδειγμα αὐτοὺς τὸν βίον ποιεῖσθαι*, [*τί κρινεῖτε*; om. AW.] Quomodo W. hanc imminutam et debilitatam sententiam judicaverit rectam esse, equidem non perspicio. Atque falsa videntur haec ejus verba: „Adolescentes qui circumsteterant tamquam in ipso judicio dicuntur judices consulere, quae exempla ad imitandum se sibi proponere velint“. Etenim domi et in cotidiana vita pueri consulunt patres aliosve propinquos, qui judicum munere funguntur, quae exempla ad imitandum se sibi proponere velint. Hanc meam interpretationem magis respondere Aeschinis sententiae confirmat I 186. Neque enim in ipso judicio adolescentes, qui aderant, judices consulere potuerunt, videre tantum et audire potuerunt, utrum illi hominem probum et improbum recte discernerent. Ita exponit I 117 *ὁρῶ πολλοὺς μὲν τῶν νεωτέρων προσεστηκότας πρὸς τῷ δικαστηρίῳ . . . οὓς μὴ νομίσητ᾽ ἐμὲ θεωρήσοντας ἥκειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ὑμᾶς εἰσομένους εἰ μὴ μόνον εὖ νομοθετεῖν ἐπίστασθε, ἀλλὰ καὶ κρίνειν τὰ καλὰ καὶ τὰ μὴ καλά*.

Haec emblemata etiam W. in A agnoscit: § 7 [*εἰς*] *τήνδε τὴν ἡμέραν*. § 9 *τὰς μεγίστας ἀρχὰς* [*ἐν τῇ πόλει*]. § 22 *τῶν νόμων* [*τῶν ἐν τῇ πόλει*]. § 29 *πᾶσι* [AM] *φανερώτατον*. § 49 [*καὶ*] *λέγων καὶ πράττων*. § 65 *τὸν* [*πρὸς Φίλιππον*] *πόλεμον*. § 75 add. *ἦν*, deinde *ἀντιμεταβαλλομένοις*, quod sensu caret, ad *αὐτομολοῦσιν*. Hoc vitium ex archetypi scriptura ortum esse apparet. Cum enim *αὐτομολοῦσιν*, quod in versu vix legi posset, superscripsisset aliquis, A utrumque verbum recepit. Sed ne hoc quidem mendum praetermisit W., quin aliquid lucraretur pro genere A, cf. prol. p. XVI: „Vides quam sincere, quam simpliciter, quam patienter A illud scholion (?) acceperit sine ullo emendandi conatu.“ Addo, quod in e k secundum editionem Oxoniensem Bekkeri est *ἀντιμεταβαλλομένως*, quo qui hos codices scripserunt accommodare glossema orationi voluerunt. § 96 add. *καί*. § 123 *ὑστεραίᾳ* [*ἡμέρᾳ*]. § 138 scholion *οὗτος στρατηγὸς* in verba oratoris irrepsit. § 139 item AM intulerunt *ῥήτωρ καὶ οὗτος* § 170 *πέμπτον ἀνδρεῖον* [*καὶ αὐτὸν*] *εἶναι τὴν ψυχήν*. § 193 [*τοῦ*] *Δημοσθένους*. § 198 *οὐδέν* [*ἐστιν*] *ὅσιον*. § 222 *τριακοσίων* [*νεῶν* add. AM]. § 239 *ἃ σωφρονῶν* [*ὁ δῆμος*] *οὐκ ἐδέξατο*.

Emblemata in B:

§ 11 *ἐστὶν* [*ἐπί*]. § 24 BM scholion, quod k habet in margine, integrum receperunt: *ὅτι μεσοῦντα τὴν ἀρχὴν ἔγραψεν αὐτὸν στεφανοῦν ἀναγίγνωσκε*. § 87 [BM *δεξιούμενος καὶ*] *προσγελῶν*. Rectissime W. cum Spengelio expunxit hoc emblema. Proba lectio inest in Prisc. instit. XVIII 280. § 94 [*οἱ*] *καιροί*. § 105 [*τοῦ*] *Κτησιφῶντος*. § 168 [*τὸν*] *λόγον*. § 172 *πάππου* [*τοῦ πρὸς μητρός*]. § 234 *αἱ ῥᾳδίως* [*οὕτω*] *κατέλυσαν τὸν δῆμον*. § 238 *οὐ πολλῷ* [*πρότερον* MB] *χρόνῳ*. § 255 *οὐδὲ τῆς τοῦ σώματος εὐεξίας ἐπιμελόμενος* [*διατετέλεκεν*]. Dubius sum, num pro emblematis cum Weidnero habeam § 2 *χωρίς*. § 8 *τῇ πόλει καί*. § 62 *καὶ συμμαχίας*. § 70 *οὖν*.

Emblemata vero generis A dissentiente Weidnero his quoque locis statuo: § 68 MB *μὴ*

μόνον ὑπὲρ [*τῆς* om. rectissime M] *εἰρήνης, ἀλλὰ καὶ συμμαχίας*, A *καὶ περὶ συμμαχίας*. W. prol. p. XII: Nempe praepositionum similium iteratio illi grammatico (B) intolerabilis videbatur.“ Quasi alibi B similes praepositiones non iteraret, aut A alteram praepositionem nusquam omitteret, aut hanc praepositionem *περὶ* a scriba aliquo insertam esse putari non posset. Post *καί, καὶ οὐ, οὐδέ, ἤ, ἀλλὰ* alias particulas praepositionem aut iterari aut non iterari, prout plures notiones aut magis absolutae aut in unum conjunctae a scriptore proferuntur, satis notum est, cf. Westerm. ad Demosth. IX 19. Quid? nonne § 179 MB exhibent *εἰς τὰ Ὀλύμπια ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων* altero *εἰς* ab A abjecto? § 88 *διπλασίαν εἰκός* [*ἐστιν*] *εἶναι τὴν συμφορίαν*. Ceterum W. *ἐστὶ* delere studet neque vero, ut vidimus, sibi constat. Tamen rectissime ipse impugnat ep. ad Cobet. p. 20 illius regulam impersonalibus dictionibus copulam nunquam adjunctam fuisse neque aliud esse dicit tantam legum severitatem praescribere, quam altiora mentis humanae studia exiguo quodam carceris gyro circumscribere. § 108 *καὶ τὴν χώραν αὐτῶν* [*καὶ τὴν πόλιν*] *ἐκπορθήσαντες*. § 146 *τοῦτ'* [*ἤδη*] *ἀγανακτεῖ*. Nunc quidem *τοῦτ' ἤδη ὑπεραγανακτεῖ* scribendum esse conjicit. § 162 *πολλὴν* [*τὴν*] *κολακείαν πεποίηται*. § 187 *τότε μὲν γὰρ ἦν* [*καὶ*] *ὁ τοῦ θαλλοῦ στέφανος τίμιος*.

His expositis sequitur librarios B et M id egisse, ut quam maxime omnia, quaecunque in archetypo vel extra vel intra lineas extarent, reciperent, librarium A negligentia praeteriisse, quum non accurate exararet, non solum interdum scholia, quae addita erant, et glossas, sed etiam magnum numerum verborum oratoris. Quare dissensio generis A ad enucleanda emblemata summi illa quidem momenti est, sed summam etiam critici poscit cautionem atque eam majorem, quam Weidnerus adhibuit. Quamquam in ep. ad Cobetum et in novissima Ctesiphonteae editione aliquantum de favore et studio generis A remisisse et licentiam coercuisse mihi videtur.

Formae immutatae sunt in A: § 7 *πολιτευσάμενοι* pro *πολιτευόμενοι, ἐτάχθητε — τέταχθε*. § 44 *συνειδὼς — συνιδών*; *τίθησι — τιθείς*. § 53 *δοῦναι — διδόναι*. Illud nunc praefert W. § 57 *λέγω — λέξω*. § 63 *σπένδεσθαι — σπένδεται*. § 66 *ποιεῖσθαι — ποιεῖν*. § 69 *παρελήλυθε — παρεληλύθει*. § 71 *βουλεύεσθαι — βουλεύσασθαι*; *προκαταλαβὼν — προκαταλαμβάνων*; paulo post *παραλιπὼν* falso praebent omnes codices et editiones pro *παραλείπων*, quod concinnitate postulatur. § 85 *ἐπιλανθανόμενοι — ἐπιλαθόμενοι*. § 86 *παθόντες* W. — *πεπονθότες*; *βοηθοῦντες* W. — *βοηθήσοντες*. § 89 *συναγαγὼν — συνάγων*. § 96 *παρακαλεῖ — παρεκάλει*. § 98 *πραχθήσεται — πραχθήσεσθαι*. § 107 *λέγοντας — λέγεται*. § 111 *ἐπεύχεσθαι — ἐπεύχεται*. § 114 *ἀποστέλλεσθαι — ἀποσταλήσεσθαι*. § 133 *κριθησόμενοι — κριθήσονται*. § 141 *γίγνεσθαι — γενήσεσθαι*. § 142 *ποιήσασθαι — ποιεῖσθαι*. §. 146 *γράψειν* AM — *γράφειν*. § 147 *γενόμενος — γεγενημένος*. § 163 *θεωρήσετε — θεωρήσατε*. § 165 *εἴποις — εἴπῃς*. § 181 *νενικήκατε — ἐνικᾶτε*. § 184 *ἦσαν — ἦν* in epigrammate, ubi a poeta pluralis subjecti cum singulari praedicati conjungitur (*σχῆμα Πινδαρικόν*). Certe hoc non fideliter descripsit. § 191 *εἰσῄει — εἰςίοι*. § 194 *ἔφευγε — πέφευγε*. § 207 *ποιήσεσθαι — ποιῆσθε*. § 218 *ἐξελεγχθήσῃ — ἐξελέγξαι*. § 224 *περιέστησαν — περιέστασαν*. § 227 *ἀπογινομένης — ἀπογενομένης*. § 230 *ἀποβλέψαντες* W. — *ἀποβλέποντες*. § 237 *αἰσθομένους — αἰσθανομένους*. § 253 *ἀποδέδρακε — ἀπέδρα*. — § 52 *αὐτῶν — αὐτῷ*. § 55 *τῶν — τῆς*. § 60 *τὰ ψηφίσματα . . . ἃ γέγραφεν* W. — *τὸ ψήφισμα . . . ὃ ἔγραψεν*. § 78 *πολλοῦ* W. — *πλείονος*. § 79 *τὴν ἀτυχίαν — τὰς ἀτυχίας*. § 87 *μάχῃ — μάχην*. § 94 *ὑμᾶς — ὑμῶν*. A falso *ἔλαθον* cum *ὑμᾶς* conjunxit. § 97 *τοῦ λόγου — τῶν λόγων*. § 98 *πλέον* W. *πλεῖν — πλείονας*. § 111 *ἀγορᾶς* W. — *ἀγορῶν*. § 127 *λόγου . . . ἐρ-*

γου . . . δόγματος W. — λόγων . . . ἔργων . . . δογμάτων. §§ 131 AW. 230 A πότερα — πότερον. § 148 τὰς τάξεις — τὴν τάξιν. § 169 ἵνα τῇ ἀτυχίᾳ — ἵνα μὴ διὰ . . . ἀτυχίαν. § 183 τὸ ὄνομα τί — τὰ ὀνόματα. § 230 οὓς — οἷς. § 246 νέους W. — νεωτέρους et ἡ παλαίστρα — αἱ παλαῖστραι. § 218 ὅταν — ὅταν pro ὁπόταν — ὁπόταν. § 245 ὁποῖον pro ποῖον. Similia saepius.

Saepius W., ubi lectiones MB optime tolerari possunt, quum formae generis A aperte corruptae sint, tamen illas quidem addubitavit, has si non recepit, at e conjectura aliqua ex parte servare maluit, quam codices MB sequi: § 28 Δημοσθένης μὲν καὶ Κτησιφῶν πολὺν ποιήσονται λόγον· ὁ δὲ νόμος βραχῆ καὶ σαφῆ καὶ ταχὺ λύοντα τούτων τέχνας pro ὁ δὲ νόμος βραχὺς καὶ σαφὴς καὶ ταχὺ λύων τὰς τούτων τέχνας. W. hanc enuntiationem nondum persanatam dicit non propterea, quod lectio MB ferri nequeat, sed quia A praebeat aliam, quae mea sententia facillime explicatur. Retinuerat enim scriba A falso eandem constructionem atque in proxima enuntiatione: inde orti sunt illi accusativi generis neutrius; verba autem λύων τὰς in λύοντα depravata sunt. — § 48 BM οὐ γὰρ ἀποδείξεις, ὡς ἔννομα γέγραφας, A ὡς ἔννομα γέγραφεν. W. prol. p. XV: „Vertit Aeschines orationem primum ad judices, deinde sermocinationem instituit, attribuit enim sermonem judicibus. Cum autem ipse dixisset de Ctesiphonte et Demosthene conjunctim, judicum sermonem miscet cum uno Demosthene. (?) Qui postremo desinit οὐ γὰρ ἀποδείξεις ὡς ἔννομα γέγραφεν. Quid tertia hic sibi velit persona, primo aspectu obscurum est. (Istam obscuritatem non invenio). Et B quidem cum correxit ὡς ἔννομα γέγραφας hanc difficultatem (?) facile removit. At Demosthenes nihil rogaverat. Cum Demosthene autem, non cum Ctesiphonte judices sermonem instituerant. Quare integriorem existimo esse lectionem A, dummodo scripseris: οὐ γὰρ ἀποδείξεις ὡς οὗτος ἔννομα γέγραφεν“. Videlicet maluit W. ipse conjecturam temptare, quam operam dare, ut lectionem MB sibi explicaret. Sed cur cum Demosthene necessario instituunt sermonem judices, cur non cum Ctesiphonte vel alio, quoniam secunda persona generatim omnibus, qui contra leges coronari volunt, talia respondere possunt? Sed etiamsi cum uno Demosthene colloquerentur, tamen postremis verbis facillime ad Ctesiphontem sermonem vertere potuerunt. Simili modo Aeschines § 210 modo Demosthenem modo Ctesiphontem alloquitur.

§ 70 ἀναγράφεσθαι W. Bakius pro ἀναγεγράφθαι. In libro A scriptum fuisse conjicio ἀναγεγράφεσθαι, quod integrum transscripsit scriba l. § 75 γράφων AW. — γράψας. Deinde, quod subsequitur ἐπιψηφίσας W. contra omnium codicum auctoritatem mutavit in ἐπιψηφίζων. § 78 ποιήσαιτο — ποιήσεται. W. ut lectionem A retinere posset, antea ἄν inseruit. § 84 λέγω (conj. praes.) AW. — εἴπω. W.: „quid tantem significet ἵν᾽ ἐφεξῆς εἴπω pro eo, quod in A est ἵν᾽ ἐφεξῆς λέγω equidem mente mea non assequor: critici tacere amant“. Offendit in conjunctivi aoristo. Sed quum ἵν᾽ ἐφεξῆς λέγω ut rerum a Demosthene gestarum ordinem quendam conservem significet et ἵν᾽ ἐφεξῆς εἴπω ut ex ordine commemorem res a Demosthene gestas, nescio, cur hoc falsum sit. Namque istum ordinem non conficit ipse orator, sed ei datus est rebus a Demosthene gestis. Similem locum habemus II 24. — § 120 παρέστη — παρέστηκε; οἷς ἂν δύνωμαι — οἷς δύναμαι. Falso W. prol. p. XXII putaverat cum Cobeto οἷς δύναμαι ferri non posse, at in ep. ad Cob. p. 23 sagacissime eum locum interpretatus profitetur in hac propria causa etiamnunc stare posse indicativum. § 186 ehl ἀποκρινεῖσθε, k ἂν ἀποκρινεῖσθε, a ἀποκρίναισθ᾽ ἄν, reliqui codices ἄν servarunt, sed verbum varie corruptum dant ἀποκρίνασθε vel ἀποκρίνεσθε vel alia. Atque majore codicum numero ἀποκρίναισθ᾽ ἂν commendatur, W. ep. ad Cob. p. 16 anteponit ἀποκρινεῖσθε. — § 228 A ἐκείνας φησὶ οὐ κηλεῖν — ὑπ᾽ ἐκείνων οὐ κη-

λεῖσθαί φησι. W. hanc conjecturam fecerat: *καὶ γὰρ ἐκείνων ᾠδαῖς φησιν οὐ κηλεῖσθαι τοὺς ἀκροωμένους; ἀλλ' ἀπόλλυσθαι.* Melius nunc dat: *καὶ γὰρ ἐκείνων φωνῇ οὐ κηλεῖσθαι κτλ.* Sed profecto merito miraberis, cur non retinuerit lectionem MB, quae optima est. § 236 *στεφανωθῆναι — στεφανῶσαι.* W.: *στεφανοῖσθαι.* Superflua haec conjectura videtur. § 207 AW. *τοῦτο — ταῦτα.* Pluralem numerum poscit pronomen correlativum *ἅ*, quae forma in omnibus codicibus traditur. § 252 MB *ἐγένετό τις (ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημένος τὰς ἀτυχίας τῆς πόλεως) ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης, ὃς ἐκπλεῖν εἰς Σάμον ἐπιχειρήσας ὡς προδότης τῆς πατρίδος . . . θανάτῳ ἐζημιώθη.* A *ἐγένετό τις (ἄχθομαι δὲ πολλάκις μεμνημένος) ἀτυχία τῇ πόλει. ἐνταῦθ' ἀνὴρ ἰδιώτης ἐκπλεῖν . . .* Lectionem A Weidnerus cum Madwigio praetulit, sed, quum M et B eadem exhibeant, priorem lectionem in archetypo exstitisse existimo.

Formae immutatae in B:

§ 3 *περιποιοῦντες* MB — *περιποιούμενοι.* § 30 *ἀφέληταί τις — ἀφέλῃ τις.* Nemo erit, quin concedat hoc vitium dittographia a me probabilius explicari, quam a Weidnero, qui prol. p. IX hoc dicit: B cum *ι* adscriptum parum intellexisset, sibi effinxit *ἀφέληται* ex *ἀφέληι*". Doctus ille Weidneri grammaticus B nonne intellexit saltem *ι* adscriptum? Sed cf. § 45 A recte *ἀφέλῃ τι*, MB *ἀφέληταί τι.* § 40 *οἴομαι — οἶμαι.* § 48 *ἀπεδέδεικτο — ἀποδέδεικται.* § 117 *ὠνομάζετε — ὠνομάζετο.* § 127 *διέθηκεν — διατέθεικεν.* § 128 *τολμήσεις — τολμήσει.* § 129 *φυγόντας* BM — *φεύγοντας.* § 153 *γενέσθαι — γίγνεσθαι.* § 170 *ἐγκαταλείπῃ — ἐγκαταλίπῃ.* § 175 *παρεῖχεν — παρέσχεν.* § 217 *παραλίπηται* BM — *παραλείπηται.* § 228 *παραλιπεῖν* BM — *παραλείπειν.* § 230 *ἐξειργάζετο* MB — *εἰργάσατο.* § 62 *κήρυκας — κήρυκα.* § 109 A *καὶ συναθροίσαντες δύναμιν πολλὴν* (B *ἱκανὴν*) *τῶν Ἀμφικτυόνων ἐξηνδραποδίσαντο τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸν λιμένα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν κατέσκαψαν καὶ τὴν χώραν αὐτῶν καθιέρωσαν.* BM *τοὺς λιμένας ἔχωσαν καί.* W. prol. p. XI: „in B primum *δύναμιν ἱκανήν*, deinde *τοὺς λιμένας ἔχωσαν*, non modo superiorem mutationem arbitrario explicandi studio ortam esse statuendum est, sed probabile etiam mihi quidem videtur alteram correctionem manasse ex Xenoph. Hell. II 2, 4 *τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐκκλησίαν ἐποιήσαντο, ἐν ᾗ ἔδοξε τούς τε λιμένας ἀποχῶσαι πλὴν ἑνὸς καὶ τὰ τείχη εὐτρεπίζειν.* Nam qui fieri potuit, ut grammaticus ille pluralem numerum effingeret nisi exemplum ante oculos haberet? Accedit, quod ne verbum quidem recte se habere videtur (?). Tria enim genera ultionis commemorantur: primum homines in servitutem abactos esse, deinde portum oppidumque diruta esse, denique deo consecratum esse agrum. Quocirca nescio an emendari debeat: *ἐξηνδραποδίσαντο τοὺς ἀνθρώπους καὶ τόν τε λιμένα καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψαν καὶ τὴν χώραν καθιέρωσαν*". Primum autem voce *ἱκανὴν* non explicatur *πολλήν*. Deinde quantum apparatum contulit propter pluralem numerum *λιμένας*! Quasi non frequentissimum esset pluralem pro singulari poni etiam in A. Loci vero Xenophontei, ubi de tribus Athenarum portibus sermo est, meminisse debet grammaticus B. Ne verbum quidem addo, quoniam Weidneri argumentatio se ipsa condemnat. Attamen hoc loco usus est, quo genus A multo praestantius esse ostenderet. — § 94 *τούτους* pro *τούτων.* § 121 *τοὺς — ταῖς.* § 167 *τι* MB — *τινος.* § 182 *κἀκεῖνο — κἀκεῖνοι.* § 203 MB *ταύτας — ταῦτα.* § 99 *ἀνθρώπων — ἄνθρωπος.* § 21 MB *εὐθέως — εὐθύς.* § 85 MB *πεζικῇ — πεζῇ.* § 97 *ἱππεῖς* MB — *ἱππέας.* § 102 *στρατείαν* MB — *στρατιάν.* § 115 *ἕνεκεν — ἕνεκα.* § 207 MB *ῥᾳδίως — ῥᾷον.* § 131 A *καίτοι πρῴην γέ ποτε ἀπετόλμα λέγειν*, MB *ἀπετόλμησε.* Hic W. mirificam observationem profert. Indagavit enim hoc: „Aeschines cum adversarii dictorum audaciae mentionem facit, semper hujus verbi (*τολμᾶν*) imperfectum tempus profert, cf. 160 (I 64) 194, 151". Utinam

inspexisset II 1 ὃς ἐτόλμησε παρακελεύσασθαι. II 144 ἐτόλμησε δ' εἰπεῖν. II 150 ἐτόλμησας δὲ καὶ κατὰ τῶν ἐμῶν κηδεστῶν εἰπεῖν. III 152 ἐτόλμησεν ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τάφον ἐγκωμιάζειν. § 85 W. prol. p. XXII: Prorsus soloecum est, quod § 85 etiamnunc toleratur: καὶ πρὶν τριάκονθ' ἡμέρας διελθεῖν ὑποσπόνδους Θηβαίους ἀφήκατε. Quid enim? Athenienses dimiserunt Thebanos devictos antea quam triginta dierum spatium expletum est? Immo vero: antea quam triginta dierum spatium praeterierat, dimiserant jam victos Thebanos. Verae scripturae saltem in uno codice recensionis A vestigium relinquitur. Est enim in l: ἀφῆκτε. Inde difficile non est eruere: ἀφείκετε. Nam illud etiam considerandum est formas ἀφήκατε, ἐδώκατε, ἐθήκατε in Atticis scriptoribus nulla auctoritate niti et posteriorum usu et consuetudine ortas esse". Equidem, cur aoristus ineptus esset, frustra mecum reputavi. Post si ἀφῆκτε in A fuisset, num l solum transscripsisset hanc formam, non k e h? Neque sane difficile est ex ἀφῆκτε eruere ἀφείκειτε, facilius ex ἀφήκατε. Namque ἀφείκειτε scribere voluisse videtur, quoniam ἀφείκετε, quae forma in utraque editione invenitur, nulla est. Neque vero est, cur formam ἀφήκατε Atticis abjudicemus et scribamus ἀφεῖτε; cf. Din. 1, 57. Dem. 38, 18. 27. Cf. etiam ἐπεθήκαμεν Dem. 34, 28. — § 148 W. prol. p. XXI: Ne illud quidem praetermittendum est, quod in scriptura δεκέτης, διέτης A consentit cum Atticistarum praeceptis, cf. Herodian. II 687. Illud quidem in A invenitur § 148. 122." Duas res miscet: in voce enim δεκέτης quaestio ea est, utrum δεκαετής, quam formam Atticistae minime improbant, cum MB scribamus, in voce δίετες aut διετὲς de accentu agitur. Atque falso dicit A praebere δίετες, contra AB illo loco (§ 122) falsam tradunt formam et codices f Barb. generis M rectam formam δίετες servarunt. Praeterea W. non curavit II 131 τὸν δεκαετῆ πόλεμον, ubi codices ABM (δεκέτη γρ. a.) consentiunt. Quum vero bis tantum haec vox apud Aeschinem inveniatur, si altero loco codices discrepant, ratio critica praecipit, ut priorem sequamur.

Quare, ut sententiam meam breviter comprehendam, ostendisse mihi videor merito Weidnerum saepius, quam priores editores, ubi diversae verborum formae traduntur, lectionem A recepisse, praesertim si in eadem in M inesset, compluribus vero locis nimium auctoritati generis A tribuisse.

Progrediamur ad eos locos, in quibus libri diversas notiones tradunt. Atque his quidem locis genus A etiam ex Weidneri sententia deterius est: § 4 δὲ pro μέν. § 100 ἤδη — δή. § 165 καὶ — ἤ. — § 91 δεύτερον — δεῦρο. § 115 ὅσῳ — ὡς. § 123 ἔσωθεν — ἔωθεν. — § 10 ἀπὸ — ἐκ (τῶν δικαστηρίων). § 250 παρὰ — ἐκ. § 252 ἀπὸ — ἐξ. — § 10 αὐτὸς — ὁ αὐτός, αὐτός. § 17 τοσαύτη — τηλικαύτη. § 89 κἀνταῦθα — καὶ ταύτης. § 90 κἀκεῖνον ἀποδράς — κἀκεῖθεν ἀποδράς. § 91 αὐτὸν — τοῦτον. § 193 τοσαῦτα — τοιαῦτα. § 208 ἓν τοῖν δυοῖν — δυοῖν θάτερον. — § 22 ἀνυπεύθυνον — ἀνεύθυνον. § 25 γραφέως — ἀντιγραφέως. § 46 ἱέρωσις — καθιέρωσις. § 67 ὁ δῆμος — ὁ Φίλιππος. § 71 ψηφίσματι — δόγματι. § 101 ἀθορύβως — ἄνευ θορύβου. § 162 Ἀριστοφύλου — Ἀριστοβούλου, AM παράλιοι — πάραλοι. — § 11 διαγορεύοντα — ἀπαγορεύοντα. § 31 μικροῦ δ' εἰπεῖν — μικροῦ δεῖν. § 48 ὑπομνημονεύετε — ἀπομνημονεύετε. § 88 νικήσαντες — κρατήσαντες. § 90 στρεφόμενος — τραπόμενος. § 95 ἐξέλεξε — διεξῆλθε. § 99 φθείρει — διαφθείρει. § 125 ἀναγνωσθέντος — ἀποδοθέντος. § 132 δυομένου — ἀνίοντος (ἡλίου). § 151 γράφει — γράψειν ἔφη. § 180 λογίσασθε — ἐκλογίσασθε. § 244 ἀτιμωρήτους ἐάσετε — ἀτιμάσετε. (ἀτιμώσετε Magm). Videlicet a commentis non plane abstinuit grammaticus A.

B deterius est his locis: § 73 MB ἐν Μακεδονίᾳ pro εἰς Μακεδονίαν. § 85 MB αὐτοῖς

— τοῖς. § 86 ἐνεχυρίαζεν — ἐνεκωμίαζεν. § 96 MB ὡς — ὥστε. § 103 δέκα — τρία. § 116 ἐξειργάσθαι — ἐξαράσασθαι. § 118 MB ἐπὶ — περί. § 127 μὴ — μήτε. § 129 MB οὐδὲ — οὔτε. § 137 ἐκεῖ — ἐκεῖσε. § 114 MB χιλίας — δισχιλίας. § 169 πρὸς — περί. § 172 στείλας — ἀποστείλας. § 209 φύγω — καταφύγω. § 236 ὁμολογησαίμην — ἀναλογισαίμην.

Dubitari nequit, quin in genere A, ubi diversae notiones sunt in codicibus, plerumque non conservatae sint veriores. Deteriores autem magnam quidem partem erroribus ortae sunt, paucae grammaticorum commentis debentur. His autem locis W. frustra studet lectionem A defendere:

§ 9 A ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχῶν, MB ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχόντων. W. prol. p. XIV: „Demonstravi in commentariis non minus falsum esse τῶν ἀρχῶν, quam τῶν ἀρχόντων. At grammatici B libidinem, qui ex ἀρχῶν sibi ἀρχόντων finxit, hoc quoque loco considerare juvat". Quomodo nobis demonstret W. ἀρχόντων ex ἀρχῶν grammaticum sibi finxisse? Ne contrarium conjiciam, nil impedit. Neque vero dubitat hunc locum proferre, ex quo perspiciamus A praestare generi B. Quamquam mihi quoque utraque vox displicet. Dobreeus vero ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχόντων deleri vult.

§ 63 A πρέσβεις αὐτοκράτορας ἀποστέλλειν, BM πέμπειν. W. haec annotat: „ἀποστέλλειν, vox propria est de legatis, qui publice cum mandatis ad aliquem mittantur". Sed ἀποστέλλειν et πέμπειν promiscue usurpantur, cf. § 47 ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου, §§ 62, 130, 151; I 119; II 13, 57, 113.

§ 70 A προκαταλαμβάνοντες πρῶτον μὲν τὸν χρόνον τὸν τῆς τριμήνου ταῖς τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις ἱκανὸν παραγενέσθαι κατασκευάζοντες. MB: γενέσθαι παρασκευάζοντες. W. prol. p. XV: „Verbum παραγενέσθαι commutavit (B) cum γενέσθαι errore fortasse ex compendio orto. Denique ut alias saepius ex κατασκευάζειν effecit παρασκευάζειν". Neque vero παραγενέσθαι ad hunc locum aptum est et verba ἱκανὸν γενέσθαι arcte conjungenda sunt, ut significent sufficere. Ac ne Bakius quidem recte (Hyp. IV 321) putat proprietatem sermonis postulare, ut κατασκευάζοντες e libris A adsumatur. Hic enim κατασκευάζειν et παρασκευάζειν locum habere possunt. Quin etiam apud Aeschinem verba παρασκευάζειν et κατασκευάζειν promiscue usurpata inveniuntur. Ita frustra quaeris in verbo παρασκευάζειν notionem fraudis his locis: I 183, ubi legislator dicitur τὸν βίον ἀβίωτον αὐτῇ παρασκευάζων. III 218 τὴν δ' ἐμὴν σιωπὴν ἡ τοῦ βίου μετριότης παρεσκεύασεν.

§ 71 A ὁ δῆμος ἀπῆλθε τοιαύτην τινὰ δόξαν ὑπειληφώς, MB εἰληφώς. W. adscripsit I 49 haud dubie ut exemplo confirmaret lectionem A. Ibi autem legitur ἵνα μὴ . . . τοιοῦτόν τι τῇ διανοίᾳ ὑπολάβητε. In verbo enim ὑπολαμβάνειν jam notio δόξα inest neque apponitur. Nusquam Aeschines quidem dixit δόξαν ὑπολαμβάνειν, at cf. I 186 τίνα γνώμην εἰληφώς. In editione altera emendatiorem quidem, sed supervacaneam profert conjecturam τοιοῦτόν τι ὑπειληφώς. In novissima editione tandem ad lectionem B rediit.

§ 81 A ἡγήσατο . . . αὐτὸς δ' εὐδοκιμήσειν καὶ προδότης ὢν τῶν φίλων καὶ πονηρὸς πιστὸς τῷ δήμῳ κληθήσεται, MB φανήσεσθαι, quo nihil aptius cogitari potest. Absurda vero est verbi finiti forma κληθήσεται et φανήσεσθαι atque conjecit: εὐδοκιμήσειν καὶ προδότης ὢν τῶν φίλων καὶ πονηρὸς ὡς πιστὸς τῷ δήμῳ. Neque modo universam ejus argumentationem improbo, sed ne persuasit mihi quidem verba sic conformata ferri posse. Nunc quidem hic quoque recepit lectionem B, nisi quod particulam τε ante ὢν inseruit.

§ 83 A στεφανώσας τοὺς . . . παρὰ τὰς περὶ τῆς εἰρήνης συνθήκας πρεσβεύσαντας τὴν μὲν

εἰρήνην διέλυσε κτλ. MB *παρὰ τὰς τῆς εἰρήνης συνθήκας ἐπιστρατεύσαντας.* Ac primum conjicit W. in archetypo exstitisse *παρὰ τὰς συνθήκας* et supra haec verba additum fuisse *τὴν εἰρήνην.* Librarium A simpliciter istam explicationem *παρὰ τὴν εἰρήνην* ad verborum ordinem accommodasse. Quanto artificiosius B suam operam praestitisse! Num *παρὰ τὰς τῆς εἰρήνης συνθήκας* artificiosius est, quam *παρὰ τὰς περὶ τῆς εἰρήνης συνθήκας*? Deinde pergit hostilem sibi finxisse B expeditionem corrigendo *ἐπιστρατεύσαντας* pro *πρεσβεύσαντας.* At quid Weidnerus? conjecit *λῃστεύσαντας.* Nimirum ipse hostilem sibi finxit expeditionem. Tamen mihi persuaserunt A. Schaeferus et Schultzius (Fleckeis. ann. 93 p. 27. 310.), ut lectionem A *πρεσβεύσαντας*, quae in archetypo supra lineam addita fuisse videtur, scholiis Vat. Laur. g satis commendari concedam.

Multis autem locis, quum utraque lectio apta sit, nihil disceptatur: § 94 AW *πεπραμένοι τυγχάνουσιν*, BM *πέπρανται*; at cf. § 13 AW *χειροτονεῖ*, MB *εἴωθε χειροτονεῖν.* — § 99 A *διὸ καὶ σφόδρα ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι*, MB *μάλιστα ἄξιός ἐστι.* — § 114 A *συμβέβηκεν αὐτῷ . . . τούτων ἑκάστους ἀνιάτοις συμφοραῖς περιβάλλειν*, MB *ἀνιάτοις κακοῖς.* § 226 A *τὴν πόλιν ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιβαλών*, MB *κακοῖς.* W.: „ut *συμφοραῖς* reciperem, movit me Andoc. I 142 *πολλῶν βουλομένων τὴν πόλιν ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιβαλεῖν.* Sed quum utramque locutionem admiserint Attici, usu Andocidis nihil apud nostrum confirmatur. — § 123 A *ἦλθον ἐφ' ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημί*, MB *ἧκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί.* Etiamsi totus locus in A aperte corruptus est, tamen W. *ἐφ' ἡμᾶς* anteposuit. — § 219 AW *ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνδείξεως*, MB *εἰς Ἀλέξανδρον.* Cf. Frank. act. soc. gr. II p. 29. — § 255 A *μὴ οὖν ὡς περὶ ἀλλοτρίας, ἀλλ' ὡς περὶ οἰκείας τῆς πόλεως βουλεύεσθε*, MB *ὑπὲρ ἀλλοτρίας . . . ὑπὲρ οἰκείας*, W. *περὶ ἀλλοτρίας . . . ὑπὲρ οἰκείας.* Quamquam Weidnerum non puto ut Cobetum § 63, ubi *περὶ εἰρήνης* pro *ὑπὲρ εἰρήνης* substituit, de antiqua vi praepositionis *ὑπὲρ* cogitasse, tamen etiam hic admonendum esse arbitror apud Aeschinem et Demosthenem *ὑπὲρ* et *περὶ* promiscue usurpari. — § 63 A *ἀφικόμενοι ὡς Φίλιππον*, MB *πρὸς Φίλιππον.* W. praefert *ὡς*, quia eadem praepositione usus sit noster I 51, 57. Quasi non identidem admitteret praepositionem *πρός*, cf. § 162. II 15. — § 162 A *εὕρηται καὶ καταλλαγὰς καὶ πολλὴν* [*τὴν* AW.] *κολακείαν πεποίηται*, MB *διαλλαγάς.* W. recepit *καταλλαγὰς* hanc vocem non tam frequentem grammaticos in *διαλλαγὰς* emendasse ratus. — § 170 A *ἵνα μὴ παρὰ τὰ δεινὰ καὶ τοὺς κινδύνους ἐγκαταλείπῃ τὸν δῆμον*, BM *καὶ τοὺς πολέμους.* Neutrum Weidnero Aeschinis ore profluxisse videtur. Sed quo libidinis hac via perveniremus! — § 201 A *τίς οὖν ἐστιν ἀποτροπὴ τῶν τοιούτων λόγων; ἐγὼ προερῶ*, MB *ἐγὼ ἐρῶ.* Inter has duas formulas saepenumero vix ullum est discrimen. Quod W. § 179. 207 nos conferre jussit, valde miror, quia sententiarum nexus posteriore loco alius est. Prior vero locus est a nostro prorsus alienus.

§ 173 A Nic. Damasc. W. *πλεῖστον δ' ἐκ τῆς πολιτείας εἰληφὼς ἀργύριον ἐλάχιστα περιεποιήσατο*, MB *ἐκ τῆς πόλεως.* Nicolaus Damascenus nihil tuetur, quoniam corruptum et lacerum exemplar manibus tenuisse videtur. Itaque paulo infra omisit *ἐμὲ* et *πονηροῦ*, quae verba mea sententia aegre desiderantur. — § 206 MB *ἐγκαθήμενοι καὶ ἐνεδρεύοντες ἐν τῇ ἀκροάσει* (A *ἐκκλησίᾳ*) *εἰσελαύνετ' αὐτὸν εἰς τοὺς τοῦ πράγματος λόγους.* AW. *εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους.* Bene dicitur *ἐν τῇ ἀκροάσει*, *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* sensum non habet. Quid W.? delet haec verba. Deinde nobis persuadere studet *τοῦ πράγματος* librarium B ex I 176 *ἀλλ' ὥσπερ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις εἰς τὸν τοῦ πράγματος αὐτὸν δρόμον εἰσελαύνετε* desumpsisse. Immo illo loco lectio BM confirmatur. Neque enim exemplum dictionis *εἰς τοὺς τοῦ παρανόμου λόγους* inveni, quam

potius ex iis, quae praecedunt *καὶ μὴ ἐᾶτε αὐτὸν εἰς τοὺς ἔξω τοῦ παρανόμου λόγους περιίστασθαι* natam esse verisimile est. Si Plin. ep. 9. 26 habet *εἰς τοὺς παρανόμους λόγους*, cernimus jam tum diversas lectiones circumlatas esse. Neque id mirum, quoniam scimus etiam Harpocrationis codices Atticianos jam depravatos fuisse.

§ 224 MB *καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλες ἄνδρα φίλον καὶ ξένον ποιούμενος*. A. *καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλες κατ' ἀνδρὸς φίλου καὶ ξένου*. W. specimen doctrinae grammatici B hic sibi deprehen-
κατ' ἀνδρὸς φίλου καὶ ξένου
disse videtur. Excogitavit enim sibi hanc archetypi scripturam *καὶ τὴν δεξιὰν ἐνέβαλες*. Sed eodem jure conjicio scribam A legisse *φίλου καὶ ξένου* pro *φίλον καὶ ξένον*, deinde *κατ' ἀνδρὸς* correxisse. Hac ratione ima suprema vertere licet. At lectio MB optime se habet. Ac similiter Aeschines saepius sententias conformavit, cf. I 10 *κλήειν δὲ (τὰ διδασκαλεῖα) προστάττει πρὸ ἡλίου δεδυκότος, τὰς ἐρημίας καὶ τὸ σκότος ἐν πλείστῃ ὑποψίᾳ ποιούμενος*. I 107 *ἦρξε . . . εὐπορίαν τῇ βδελυρίᾳ τῇ ἑαυτοῦ τοὺς συμμάχους τοὺς ὑμετέρους ποιούμενος*. III 76 *καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιῶν*. III 227 *καταγέλαστον τὴν πόλιν ἐν τοῖς Ἕλλησι ποιῶν*. Cf. etiam Fr. Franke Fleckeis. ann. 101 p. 132.

§ 244 Sermo est de statuis hominum bene meritorum. Si quaesiveris, cur collocatae sint, omnes tibi illorum merita enumerabunt. Pergunt M et B: *Δημοσθένει δ' ἐάν τις ἐρωτᾷ, διὰ τί οὐ δώσετε; ὅτι δωροδόκος, ὅτι δειλός, ὅτι τὴν τάξιν ἔλιπεν*, A *Δημοσθένει δ' ἀντεροῦ διὰ τί κτλ.* Patet ex archetypi scriptura hanc discrepantiam profectam esse. Neque video, quid reprehendendum sit in lectione MB. W. hanc fecit conjecturam: *Δημοσθένει δ' αὖ, ὅτι δωροδόκος κτλ.*, quae cur ferri nequeat, demonstravi p. 8. — § 246 MB *οὐχ αἱ παλαῖστραι οὐδὲ τὰ διδασκαλεῖα οὐδ' ἡ μουσικὴ μόνον παιδεύει τοὺς νεωτέρους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰ δημόσια κηρύγματα*, A *τὰ δημόσια δίκαια*, W. *τὰ δημόσια*. Putat enim interpolatores sententiam modo subsequentem (*κηρύττεταί τις . . .*) respexisse. Immo vero subsequenti sententia haec *κηρύγματα* illustrantur.

Haec sufficiant ad demonstrandum tantum abesse, ubi diversae traduntur lectiones, ut genus A, quod putat Weidnerus, praestet, ut multo negligentius librarium A, quam B et M operam suam praestitisse manifestum sit. Neque modo id cernimus illum additamenta quaedam sententiae ratione non habita integra in verba scriptoris recepisse, ut nunc quidem facilius generis A dissensione patefiant, sed operam non dedisse, ut, ubi ad legendum difficiliores essent litterae archetypi, quam accuratissime veras voces enuclearet; immo quae extemplo in mentem ei venerunt, ea in novum exemplar transtulit. Atque saepius satis habuit levi mutatione sensum aliquem nactus esse ut § 224 alibi.

Imprimis Weidnerus existimavit Aeschinis orationes se emendare posse iis locis, ubi verba in codicibus incertis locis vagantur. Atque audiamus nunc, quomodo prol. p. XXXI hanc rem sibi explicet et arti criticae nova adjumenta comparare studeat. „Varia commenta grammaticorum, inquit, atque etiam variae lectiones in archetypo libro non in ipsum verborum ordinem recepta, sed partim intra versuum spatia, partim in margine adscripta fuerunt. Atque quae erat librariorum religio vel superstitio, ne quid ex vetere exemplari praetermitterent, omnia conjunctim in nova exempla transscribebant". „Sed quamvis studiose diversa et repugnantia consuerent, tamen felici casu nobis contigit, ut multis locis veritatem vel simplicitatem oratoris agnosceremus. Cum enim duo genera codicum ex archetypo libro describerentur, factum est, ut additamenta ista in diversa genera librorum diversis locis influerent". „Illud etiam mihi memorabile videtur: archetypi glossas vel additamenta semper in A

a dextra parte in orationem fluxisse, in B modo a sinistra modo a dextra“. Hac ratiocinatione nixus Weidnerus, si quae verba diversis locis tradita non prorsus necessaria videbantur, ejecit, sin necessaria, eodem ordine collocavit atque A. Nego vero diversa collocatione sola nobis tamquam ansam dari verba removendi, id quod ille saepenumero aperte profitetur. Primum enim magnum numerum verborum, quae transposita sunt, intacta relinquere coactus est, deinde majorem partem eorum, quae delevit, ab Aeschine profectam esse me demonstraturum spero. Perspicuum etiam est ea ratione, quam exposuit, non omnia verba, quae in aliis codicibus alium locum obtinent, in verborum ordinem irrepsisse. Namque quum scribas non singula verba, sed complexum verborum memoria tenentes transscripsisse verisimile sit, facile fieri potuit, ut vocabulum vel prius vel posteriore loco adderetur. Interdum certe mutarunt collocationem ex arbitrio suo, sive melius sonare iis videbatur enuntiatio, sive verbum aliquod efferendum esse putabant. Plerumque vero verba transposita inveneris, quae non tam firma enuntiationis membra efficiunt, quam exornandae et explendae orationi serviunt. Neque id parvi aestimandum est, quod non duo, sed tria nos habere codicum genera sumpsimus. Inde summo jure concludimus duobus generibus consentientibus repraesentari ordinem verborum archetypi atque nos cognoscere, qui scriba et nonnunquam cur hunc ordinem immutaverit. Jam vero quod ad observationem illam Weidneri attinet A semper a dextra parte, B modo a dextra modo a sinistra verba extra ordinem adscripta recepisse, in errorem mirificum inductus esse videtur. Nam

μηδὲν

si § 226 cum Weidnero sumimus in archetypo exstitisse *ἀγαθὸν μὲν πεποιηκὼς πάντων δέ*, patet scribam A, quum a dextra continuo versui verba immittere soleret, scripsisse *ἀγαθὸν μὲν πεποιηκὼς μηδέν, πάντων δέ*, et librarium B, quum a sinistra verba orationi insereret, exarasse *ἀγαθὸν μὲν μηδὲν πεποιηκώς, πάντων δέ*; si vero etiam B hanc vocem *μηδὲν* a dextra recepisset, certe nulla esset transmutatio verborum. Quomodo igitur quisquam dicere potest B modo a dextra modo a sinistra verba adscripta in versum recepisse, A semper a dextra? Praeterea ex iis, quae subsequuntur, exemplis elucebit B fere totidem, quot A verba a dextra inseruisse orationi. At Weidnerus etiam hac observatione simplicitatem scribae A nobis confirmare studuit.

Ac primum quidem enumerabo eos locos, ubi etiam Weidnerus verba diversis locis volitantia non potuit in oratione non retinere. Rectiorem vero collocationem primo loco ponam aut proferam solam, ubi in reliquis codicibus inversus esse videtur verborum ordo.

§ 1 MB *ἰσχύειν παρ᾽ ὑμῖν μεῖζον*, A *μεῖζον ἰσχύειν κτλ.* § 3 AM *οἱ τὴν πολιτείαν οὐκέτι κοινήν, ἀλλ᾽ ἤδη ἰδίαν ἡγούμενοι*; B *κοινὴν οὐκέτι.* Falso: namque apud Aeschinem semper *οὐκέτι*, *μηκέτι* ante id vocabulum ponuntur, ad quod pertinent, cf. I 14, 18, 51, 61, 176. III 122. 134. Postponi potest exeunte enuntiatione, ubi orator negationem ictu quodam efferre studet, ut I 36, 177 (*οἱ νόμοι*) *καλοὶ μέν, κύριοι δ᾽ οὐκέτι.* § 42 A *ἀρετῆς ἕνεκα.* § 162 A et corr. gm *τίς ποτ᾽ ἐστὶ καὶ πῶς*, Man *καὶ πῶς ποτ᾽ ἐστί.* § 164 MB *αὐτίκα μάλα δέ*, A *αὐτίκα δὲ μάλα.* § 174 MB *ἐμὲ μή.* § 226 MB *ἀγαθὸν μὲν πεποιηκὼς μηδέν*, A *μηδὲν* ponit ante *πεποιηκώς*; W. nuperrime audacter conjecit *ἀγαθοῦ μὲν μηδ᾽ ἑνός*, quae pendeant a voce *αἴτιος*, quae subsequitur. § 241 MB *ἐὰν τοὺς καθ᾽ ἑαυτῶν ἐπαίνους λέγωσιν*, AW. habent *ἐὰν* post *ἐπαίνους.* § 252 BM *πολλάκις μεμνημένος.* — § 68 MB *ἕτερον ψήφισμα νικᾷ* A *ἕτερον νικᾷ ψήφισμα.* A *τῶν ψηφισμάτων ἀκούσατε*, MB *ἀκούσατε τῶν ψηφισμάτων*, W: *τῶν ψ. αὐτῶν.* § 76 MB *μόνον καὶ πρῶτον*, AW. *πρῶτον καὶ μόνον.* § 82 A *οἱ προσπολεμοῦν-*

τες τῇ τῆς πόλεως ἡσυχίᾳ. MB οἱ τῇ τῆς πόλεως ἡσυχίᾳ προσπολεμοῦντες. § 88 MB ἀφεῖσαν ὑποσπόνδους. § 121 MB τιμωροῦντές φησι, A μηδ' ὁσίως, φησί, θύσειαν οἱ μὴ τιμωροῦντες. § 127 MB οἱ πρόγονοι ὤμοσαν. Propter diversam collocationem vitium subesse putat W. § 131 MB τῶν ἱερῶν ὄντων. § 237 MB οἴει λανθάνειν, λ. οἴ. AW. § 247 τοιαύτη δόξει ἡ πόλις εἶναι, A ἡ π. δ. — § 15 MB τοὺς νόμους αὐτοὺς ὑμῖν ἀναγνώσεται, AW. ὑμῖν αὐτούς. § 17 A λέγοντος καὶ δίκαια καὶ ὑμῖν συμφέροντα, Ma om. ὑμῖν. § 36 AM τῇδε τῇ γραφῇ. § 40 MB δύο κείμενοι νόμοι, AW. δ. ν. κ.; participium W. nuper oratori reddidit. § 42 A εὑρημένοι τινές. § 49 MB τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ, quae constans est formula. § 65 MB ὁρῶντες ὑμᾶς αὐτοὺς μὲν παρακαλοῦντας, A αὐτοὺς μὲν ὑμᾶς. § 71 A ἐνταῦθα δὴ προκαταλαμβάνων τὸ βῆμα Δημοσθένης, MB Δ. τὸ βῆμα. W.: „Δ. in archetypo cum excidisset (?), in A post βῆμα, in B ante βῆμα ponitur.“ Unde hoc scit? Cur non τὸ βῆμα excidisse putat? § 82 MB Φίλιππος πρέσβεις. § 89 MB τυχὼν δὲ παρ' ὑμῶν συγγνώμης, A συγγνώμης παρ' ὑμῶν. § 90 A τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, MB τὸν Ἀ. δῆμον, W. τὸν δῆμον τὸν Ἀ. Cf. V. Trentepohl, observationes in Aeschinis usum dicendi p. 61. § 93 MB τὰς μὲν βοηθείας, ὥς δεῖ τὴν πόλιν πρότερον ποιεῖσθαι, A ὥς δεῖ τὴν πόλιν τὰς μὲν βοηθείας κτλ. § 140 A καὶ οἱ πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς. § 152 MB τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. A τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀγαθῶν. § 172 MB θυγατέρες δύο, A δύο θυγατέρες. Quam discrepantiam praetermisit W. § 173 MB τὰ πατρῷα καταγελάστως προέμενος, AW. καταγελάστως τὰ π. πρ. § 182 B τῶν ἀνδρῶν τούτων. AM τούτων τῶν ἀνδρῶν. W: fortasse τῶν ἀνδρῶν emblema est. § 188 MB αἰτίῳ κακῶν. § 190 MB ἄρξαντας πρῶτοι πόλεως, A ἄρξαντας πόλιος πρῶτοι. Certe W. nisi constanti syllabarum hexametri numero praepediretur, πόλεως tamquam emblema manifestum delevisset. § 202 MB Δημοσθένην παρακαλῇ, AW. παρακαλῇ Δημοσθένην. § 208 MB εἰ σοὶ ἦσαν ὅμοιοι, A εἰ ὅμοιοι ἦσάν σοι, W. εἰ οἷος σὺ ἦσαν. Cur a codicum scriptura recesserit, nescio. § 212 MB οἴκαδε ἐπανελθών, AW ἐπανελθὼν οἴκαδε. § 217 MB τῆς πολιτείας αὐτοῦ, A αὐτοῦ τῆς πολιτείας. § 222 MB ἀποκρύψαι χρόνος. § 233 A τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δυναστείαν, MB αὐτὸς τὴν αὐτοῦ δυναστείαν. § 239 MB τὴν Θηβαίων συμμαχίαν, A τὴν συμμαχίαν Θηβαίων. § 255 MB ἀξιολογωτέρους ἄνδρας. AW ἄνδρας ἀξιολογωτέρους.

Ergo vidimus, quoties scriba A in collocatione verborum, qua erat negligentia, peccaverit. Quodsi W. dicit grammaticum B ordinem verborum ad communem normam immutasse, perversum esse intellegis, nisi cum illo statuis a scriba A integram archetypi imaginem nobis conservatam esse. Sed quoniam contigit, ut etiam genus M ex archetypo ipso derivatum habeamus, plerumque codicibus MB archetypi scripturam praeberi putandum est.

Restat, ut disseramus de iis locis, in quibus judico Weidnerum non grammaticorum lectorumque additamenta, sed propria Aeschinis verba resecuisse: § 59 MB ἐρχόμεθα δή που ψευδεῖς οἴκοθεν ἐνίοτε δόξας ἔχοντες, A ἐνίοτε ψευδεῖς. W. del. ἐνίοτε, quod plane necessarium est, quoniam vix poterat dicere Aeschines semper falsa opinione praeoccupatos esse cives. Nempe interdum vel saepius hoc fiebat. — Item §§ 65, 67 ἤδη, § 158 γάρ ejecit W. nulla alia de causa, nisi quod ista verba incertis locis traduntur. — § 246 AM recte: τὸ νουθετεῖν ἐνοχλεῖν ἐνταῦθ' ἤδη δικαίως ὀνομάζεται, B ἐνταῦθ' ἐνοχλεῖν. Desideratur ἐνταῦθα, quod W. abjecit.

Copula quidem non minus facile transponebatur, quam nunc supervacanea esse videtur. Atque W. propter sedis varietatem eam his locis removit: § 20 MB οὐδὲ γὰρ πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, A ἐστὶν αὐτοῖς. § 76 MB ὑπόλοιπον δέ μοί ἐστί, A δ' ἐστί μοι. § 103 MB ὑπόλοιπον δέ μοι ἐστὶν εἰπεῖν, A ὑπόλοιπον δέ μοι εἰπεῖν ἐστιν. § 131 MB τίνος οὖν ζημίας ἄξιος εἶ τυχεῖν;

A *τίνος οὖν εἶ σὺ ζημίας ἄξιος τυχεῖν;* W. recepit *σὺ* et removit *εἶ.* § 40 MB *εἰ . . . ἀληθὴς ἦν ὁ παρὰ τούτων λόγος καὶ ἦσαν δύο κείμενοι νόμοι,* A *ἦν ἀληθής.* W. del. *ἦν.* Sed valde dubius sum, num *ἦν* ex sequente *ἦσαν* suppleri possit, quia variantur praedicata, quae dicuntur: illic habemus *ἀληθής,* hic *δύο.* Participium *κείμενοι* olim a se remotum nunc oratori reddidit W. § 124 MB *ἐνταῦθα δὴ πολλαὶ μὲν ἐγίγνοντο τῶν Ἀμφισσέων κατηγορίαι,* A *τῶν Ἀμφισσέων ἐγίγνοντο.* W. del. *ἐγίγνοντο.* Sic apud Demosthenem scriberem, Aeschinis oratio quietior est. § 132 MB *τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐσομένοις,* A *τοῖς ἐσομένοις μεθ' ἡμᾶς.* W. del. *ἐσομένοις.*

§ 162 MB *ὅτι δὲ πράττων ἢ πάσχων, ἀμφίβολος ἡ αἰτία,* A *πάσχων ἢ πράττων.* W. del. *ἢ πάσχων.* Itaque malitiosam Aeschinis significationem exstinxisse mihi videtur. — § 203 MB *ἄφθονα δήπου καὶ πολλὰ ἔχων λέγειν,* A *λέγειν ἔχων.* W. del. *λέγειν.* Atqui, si hic non desideratur infinitivus *λέγειν,* certe requiritur ad verba, quae insequuntur *ἢ πάντων γ' ἂν εἴην ἀπορώτατος.* Recte vero in codicibus jam ad prius membrum adpositus est infinitivus. — § 211 MB *ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο,* A *ἐκείρετο καὶ ἐπένθησε.* W. del. *καὶ ἐπένθησε* et hoc exemplo usus est, ut grammatici B studium corrigendi ostenderet. Audias velim haec ejus verba: „In archetypo libro scholion erat ex Lysiae epitaphio (§ 60) additum: *κείρασθαι* idem fere quod *πενθῆσαι* valere. Inde A videlicet *ἐκείρετο καὶ ἐπένθησε.* Quid autem B? Nimirum tempora congruere inter se volebat. Quamobrem correxit: *ἐπένθησε καὶ ἐκείρατο*". Hoc quidem modo, quaequae recte leguntur in B, interpolatoris et correctoris acumini tribui possunt. Weidneri vero fuisset demonstrare tempus aoristum nostro loco ferri non posse. Temporum vero discrepantia facile explicatur: ut § 162 A *θεωρήσετε* in *θεωρήσατε* commutavit, ita hic *ἐκείρατο* in *ἐκείρετο.* — § 250 M *ἢ οὐ δεινὸν ὑμῖν δοκεῖ εἶναι;* B *ἢ οὐ δεινὸν δοκεῖ εἶναι ὑμῖν;* A *ἢ οὐ δεινὸν ὑμῖν εἶναι δοκεῖ;* W. del. *ὑμῖν δοκεῖ εἶναι.* Apparet in archetypo unum verbum *δοκεῖ* nondum in versum receptum fuisse. Quomodo vero W. conjecturam suam probare velit, non invenio.

Facillime etiam a scribis transposita sunt pronomina, quae delentur a Weidnero his locis: § 169 AM *αὐτὸν ἐλεύθερον εἶναι,* B *ἐλεύθερον αὐτόν.* § 231 BM *ὅτι φησὶν Ὅμηρος ἄνανδρον αὐτὸν εἶναι,* A *αὐτὸν ἄνανδρον.* § 172 MB *γίγνονται αὐτῷ θυγατέρες δύο,* A *αὐτῷ γίγνονται.* § 168 MB *εἰς τὴν εὐφημίαν τῶν λόγων αὐτοῦ,* A *αὐτοῦ τῶν λόγων.* § 140 MB *Φίλιππος αὐτῶν ἀφελόμενος Νίκαιαν,* A *ἀφελόμενος Νίκαιαν.* Cui vero Nicaeam eripuerit, adjici necesse est. § 88 MB *πρὸς ἀνταγωνιστὰς ἀναξίους αὐτοῦ διακινδυνεύων,* A *αὐτοῦ ἀναξίους.* § 169 B *οἶμαι τοίνυν ἅπαντας ἂν ὁμολογήσειν ὑμᾶς,* M *ὑμᾶς ὁμολογήσειν,* A *ὑμᾶς ὁμολογῆσαι.* § 198 MB *ἐάσαντας ὑμᾶς τὴν πρώτην ψῆφον διενεγκεῖν,* A *ψῆφον ὑμᾶς.* § 121 MB *τούτους παρέντες ἀτιμωρήτους,* A *παρέντες τούτους.* § 24 *μηδὲν ἔτι περαιτέρω τούτων δείξαιμι,* A *τούτων περαιτέρω.* § 186 MB *οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην;* A *ταύτην τὴν δωρεάν.*

§ 88 Ma *ἐκινδύνευσεν ἂν ἡ πόλις τὰ αἴσχιστα παθεῖν,* gm inferunt *ἡμῶν* ante *ἡ πόλις,* A *τὰ αἴσχιστα παθεῖν ὑμῶν ἡ πόλις.* Quid Weidnerus? vitium subesse apparere dicit et conjicit *ἐκινδύνευσεν ἂν ὑμῖν τὰ αἴσχιστα παθεῖν ἡ πόλις.* § 94 MB *τὸ καλούμενον συνέδριον Εὐβοϊκὸν συνήγαγον,* Aa *Εὐβοϊκὸν συνέδριον.* W. del. *συνέδριον.* Sed etiamsi dici licet *τὸ καλούμενον Εὐβοϊκόν,* tamen justa causa removendi deest. Neque quisquam ei concedet notionem *συνέδριον* ex § 89 huc illatum esse. Quam facile vero scribae verborum collocationem immutare potuerint, ex consensu codicis a cum codicibus A perspicuum est.

§ 21 MB *ἐνεχυράζει τὰς οὐσίας ὁ νομοθέτης τὰς τῶν ὑπευθύνων,* A *τὰς οὐσίας τὰς τῶν ὑπευθύνων.* W. *τὰ τῶν ὑπευθύνων.* Sed sermo antea est de re familiari (*οὐσία*) atque hanc

notionem repeti multo aptius est. Quod nunc intellexisse videtur W. Sed ne *νομοθέτης* quidem delendum esse Cobeto possum concedere. — § 64 MB *σφόδρα μοι τὸν νοῦν προσέχετε*, A *μοι σφόδρα προσέχετε τὸν νοῦν*. W. del. *τὸν νοῦν*. Cur *σφόδρα* aut *μοι* non ejecit? Aeschines autem et *προσέχειν* et *τὸν νοῦν* vel *τὴν γνώμην προσέχειν* usurpare solet. Illud inveneris I 119. II 34, 62, 150. III 65, 150, hoc I 61. II 22, 114; I 116 *προσέχειν τὴν γνώμην*, III 192 *πρὸς ἑτέρῳ τινὶ τὴν γνώμην ἔχουσιν*. — § 72 MB *ἀπορρῆξαι τῆς εἰρήνης τὴν συμμαχίαν*, A *τὴν συμμαχίαν τῆς εἰρήνης*. W. prol. p. XXXIII: „grammatici jam dudum animadverterunt *ἀπορρηγνύναι* translato usu nusquam consociari cum genetivo casu praeter § 72 . . . varietate sedis jam edocti sumus genetivum in archetypo nondum in contextu orationis, sed supra lineam fuisse. Quare nemo dubitabit hoc additamentum supervacaneum ejicere et exturbare.“ Sed remoto genitivo *τῆς εἰρήνης* obtruncavit illud Demosthenis *ἐνθύμημα*. Etenim id ipsum vituperat Aeschines, quod ille adeo audacter imagines sibi componit. — § 120 MB *παρέστηκε δὲ τοῖς βωμοῖς τὰ θύματα*, A *τὰ θ. τοῖς β.*, W. del. *τοῖς βωμοῖς*. — § 151 MB *προδότας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Βοιωτάρχας ἀπεκάλεσε*, A *ἀπεκάλει τοὺς Βοιωτάρχας*. W. del. *τοὺς Βοιωτάρχας* et praefert imperfectum tempus. Hic enim imperfectum ex ea consuetudine Aeschinis locum habere putat, quam non esse jam supra p. 15 multis exemplis demonstravi.

§ 22 MB *ἀνυπεύθυνον δὲ καὶ ἀνεξέταστον καὶ ἀζήτητον οὐδέν ἐστι τῶν ἐν τῇ πόλει*, A *ἀζήτητον καὶ ἀνεξέταστον*. W. del. *καὶ ἀνεξέταστον*. Quid ad nos Harpocration? qui unum vocabulum *ἀζήτητον* sibi explicandum esse existimavit. — § 42 MB *ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ δῆμος, εἰ οὕτω τύχοι, ὁ τῶν Ῥοδίων ἢ Χίων, ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως*, A *τινὸς ἄλλης*. W. del. *ἢ καὶ ἄλλης τινὸς πόλεως* atque id in eadem paragrapho, in qua antea verba transposita *τινὲς εὑρημένοι* receperat. Neque enim mihi persuasit propter verba *εἰ οὕτω τύχοι* illa *ἢ καί ἄλλης τινὸς πόλεως* ferri non posse. — § 44 MB *ὑπὸ τῶν φυλετῶν ἢ δημοτῶν*, A *ὑπὸ τῶν δημοτῶν η τῶν φυλετῶν*. W. del. *τῶν φυλετῶν ἤ*. Antea enim demotarum tantum mentio facta est. Sed ipse dubitat, nonne hic Aeschines *διαῤῥήδην* verba legis renuntiaverit. Neque vero dubitantis est verba exstirpare. Iam quidem etiam verba *ὑπὸ τῶν δημοτῶν* in suspicionem vocavit. — § 53 MB *τὸν ψευδῆ καὶ παράνομα τολμῶντα γράφειν*, Ag *παράνομα καὶ ψευδῆ*. W. del. *καὶ ψευδῆ*. — § 210 MB *σὺ δ' οὔτε περὶ τῆς οὐσίας οὔτε περὶ τοῦ σώματος οὔτε περὶ τῆς ἐπιτιμίας ἀγωνίζει*, A *οὔτε περὶ τοῦ σώματος οὔτε περὶ τῆς οὐσίας*. W. del. *περὶ τῆς οὐσίας*. Quod contendit in membro *οὔτε περὶ τῆς ἐπιτιμίας* inesse alterum *οὔτε περὶ τῆς οὐσίας*, perversum est. Quae ex Isaeo et Lysia collegit exempla, huc non pertinent. — § 46 MB *καίτοι τίς ἂν ὑμῶν τολμήσειε τοσαύτην ἀνελευθερίαν καταγνῶναι τοῦ δήμου. τῶν Ἀθηναίων*, A *τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καταγνῶναι*. W. del. *τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων*. Cf. prol. p. XXXV: „quasi vero, inquit, nemo ita de Atheniensibus sentire posset, nisi ipse judicum consessus! Immo vero judices ipsi habentur pro populo Atheniensium“. Quid? num nemo potest *αὐτοῦ καταγνῶναι*? Sed praedicatione quadam mihi videtur elatum esse nomen Atheniensium, qui nunquam ad eam descenderunt illiberalitatem, ut dona data reposcerent. — § 57 MB *χρήσομαι τῇ τοῦ λόγου τάξει ταύτῃ*, A *τῇ τάξει τοῦ λόγου ταύτῃ*. W. del. *τοῦ λόγου*. — § 203 MB *τῶν δημοσίων ἀδικημάτων*, A *τῶν ἀδικημάτων τῶν δημοσίων*. W. del. *τῶν ἀδικημάτων*. Item § 204. — § 46 MB *ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, μέγα σημεῖον ὑμῖν τούτου ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων ἐπιδείξω*, A *σημεῖον ὑμῖν μέγα*. W. del. *μέγα*. Sed ex usu Aeschinis vis vocis *σημεῖον* adjectivo *μέγα* hac in formula augeri solet. Cf. § 177 *ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω μεγάλα τούτων οἶμαι σημεῖα δείξειν ὑμῖν*. § 238 *ἐγὼ πειράσομαι μεγάλῳ σημείῳ διδάξαι*. I 25 *μέγα δὲ πάνυ σημεῖον ἔργῳ οἶμαι ἐπιδείξειν*. II 103, 144. III 22. Neque vereor, ne W. loco,

quem affert, Dem. Eubul. 13 *σημεῖον δέ· οἱ μὲν* . . . quae formula apud Aeschinem omnino non invenitur, nostrum stabilire voluerit. Ibi enim constans est formula elliptica. — § 88 A *ἐπειθ᾽ οἱ στρατιῶται οἱ ὑμέτεροι καὶ οἱ πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοί*, MB *ἀγαθοὶ ἐγένοντο*. W. deleverat *ἀγαθοί*, sed merito restituit. Namque frustra istius dictionis exempla quaesivi. *Ἄνδρες* enim, quum adjectivum non attributum est, opponuntur mulieribus. Ubi vero viri fortes significantur, semper adjectivum *ἀγαθὸς* vel simile aliquid apponitur. Cf. § 154 *ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι*. III 105, 152. — § 91 MB *φέροντας τῷ μὲν δήμῳ ἐλπίδας κενάς, Δημοσθένει δ᾽ἀργύριον*; A *κενὰς ἐλπίδας*. W. del. *κενὰς* atque annotat adjectivum in contrariorum subtilitate cogitari non posse. Sed Aeschines semper *κενὸς* vel simile adjectivum addidit, cf. § 24 *πρὸς μὲν οὖν τὰς κενὰς προφάσεις . . . μέχρι δεῦρ᾽ εἰρήσθω μοι*. § 100 *μεστὸν δ᾽ἐλπίδων οὐκ ἐσομένων*. I 171 *ἐλπίδων κενῶν ἐμπλήσας*. — § 135 MAB *διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν᾽ ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα*. Unus codex a mutavit *παῖδας ὄντας ἡμᾶς*. Quid igitur Weidnerus? ejecit in prima editione *παῖδας ὄντας*. Tamen hanc puerorum et virorum oppositionem adamarunt Graeci nec minimum Aeschines, cf. I 11 *ὁ νομοθέτης ἡγήσατο τὸν καλῶς τραφέντα παῖδ᾽ ἄνδρα γενόμενον χρήσιμον ἔσεσθαι τῇ πόλει*. — § 158 MB *ἰδιώτης ἀνήρ*, A *ἀνὴρ ἰδιώτης*. W. del. *ἀνήρ*. — § 173 MBk *οὐδεὶς γὰρ πώποτε πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιεγένετο*, el *πονηροῦ τρόπου*. W. del. *πονηροῦ* scilicet propter contrariorum subtilitatem id resecandum esse ratus. Sed manifestum est vocem *τρόπου* omisso adjectivo nimis universalem sensum habere. Ibid. A *ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας*; MB *γραφῆναι πρώτῳ*. W. del. *πρώτῳ*, quod plane necessarium est. Constat enim Miltiadem non unum milites adhortantem depictum fuisse, sed etiam alii duces. Atque verisimillimum est eum in sinistra parte picturae, ubi Graeci spectabantur impetum facientes, positum fuisse extremo loco. Cf. Nep. Milt. 6 ut in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur. Plin. N. H. 35, 57. Paus. 1, 15. — § 195 MB *ὥσπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν, οὕτω νῦν κατελθόντας ἐξελαύνειν παρὰ τοὺς νόμους γράφοντά τι*, A *γράφοντά τι παρὰ τοὺς νόμους*, quae verba delet W. Sed ex diversa collocatione id tantum concludi potest *γράφοντά τι* aut *παρὰ τοὺς νόμους* in archetypo supra lineam adjectum fuisse. Neque, ut putat W., istis verbis alia opposita esse opus est. Necessaria vero mihi ideo videntur, quod Aeschines eandem causam (*γραφὴν παρανόμων*) sibi atque Archino dicendam esse judicum animis inculcare studet. — § 118 B *μνησθῆναι τῆς τῶν Ἀμφισσέων ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν ἀσεβείας*, AM recte *περὶ τὴν ἱερὰν γῆν ἀσεβείας* (kl *παρανομίας*). W. del. *περὶ τὴν γῆν τὴν ἱερὰν* et pro *ἀσεβείας* scribit *παρανοίας*. Cf. § 120 *τῇ γῇ τῇ ἱερᾷ*. III 109, 122, 124. — § 149 MBA *ὡς δεῖ ποιεῖσθαι πρὸς Φίλιππον εἰρήνην*, unus codex a: *εἰρήνην πρὸς Φίλιππον*. W. del. *πρὸς Φίλιππον*. Hoc loco profecto dubitari nequit, quin *πρὸς Φίλιππον* in archetypo fuerit intra lineam. — § 234 MB *ὅτι δ᾽οὐ γεγένηται φορὰ καθ᾽ ἡμᾶς ῥητόρων πονηρῶν καὶ τολμηρῶν εὐτυχοῦμεν*; A *καθ᾽ ἡμᾶς φορὰ ῥητόρων* . . . W. del. *καθ᾽ ἡμᾶς*. Cur vero non ejecit *τολμηρῶν* aut *πονηρῶν*, praesertim quum copulata adjectiva alias cum odio quodam persequatur.

Quare quamquam non agnosco ob sedis varietatem verba in suspicionem vocari posse, eam tamen, si aliae causae, cur suspiciosa nobis videantur, accedunt, haud parvi aestimandam esse concedo. Atque Weidnerus librorum dissensione adductus complura investigavit manifesta emblemata ut § 27 *καὶ Κτησιφῶντα*. § 236 *δημοσίας*.

Altera oratio.

Alterius orationis libros ad unum omnes perinde ac tertiae orationis ex eodem archetypo fluxisse haud dubie recte statuit Weidnerus. Difficillimae vero multoque difficiliores quam in Ctesiphontea ad aperiendum sunt librorum affinitates et origines. Quam vero ille opinionem conceperit de codicum generibus et auctoritate, illustratur his ipsius verbis (praef. p. IX): „ego sic existimo: cum tria genera codicum habeantur (ABM), omnium primum circumspiciendum esse, quid ex A, quid ex vestigiis hujus recensionis lucrari possimus, deinde his lectionibus cum B comparatis, si quid ex B emendatum reperiatur pro vitioso A, hoc reponendum esse, at si quid ex A et B parum probabilitatis speciem habeat, conjectura et contentione esse assequendam priscam archetypi lectionem, raro descendendum esse ad M, quibus in libris si aliquid speciosum aut verum inveniatur, hoc certe conjecturis veterum grammaticorum debetur.“

Hoc primum elucet codices ekl (A), etsi saepenumero modo e modo k modo l aliorum codicum lectiones exhibent, communem tamen viam sequi. Mihi quidem videtur priscus etiam aliquando exstitisse codex M veluti in tertia oratione ex ipso archetypo derivatus, non contaminatus ille, ut Weidnerus docet, ex codicibus A et B. Istius codicis lectiones repraesentantur imprimis libro d et Barberino, qui non solum, ut traditur, nitidissime scriptus, sed etiam accuratissime depictus esse videtur. At librarius f inspexit genus A, quin etiam in altera orationis parte, quamquam etiam genus M adhibuit, multis tamen lacunis, quae ei cum genere A communes sunt, probatur illum exscripsisse codicem generis A. Deinde secunda manu magnam partem lectiones M additae sunt. Neque minus difficiles et contortae sunt rationes codicum B. Lectiones enim prioris manus in codice a, quo alias integerrime servatur scriptura B, saepius proxime accedunt ad scripturam M vel A vel AM. Codices autem m et g nonnunquam mirum in modum reliquis codicibus se applicant. Fortasse hac in oratione multa apparerent clariora multumque proficeremus, si diversae manus, quibus conscripti sunt libri, accuratius distinguerentur. Porro codex h etiam in hac oratione ex A et M contaminatus esse videtur. Fructum quidem inde percipere non possumus. Idem dicendum est de codice p. Aliud judicium facere debemus de codice i. Plerumque ille quidem non multum a genere A distat et passim expressam codicis A imaginem et simulacrum nobis servasse videtur, (cf. § 12 MB *προσείλεσθε*, A *εἵλεσθε*, i *εἵλεσθε* (supra: *πρὸς*), § 9 ek om. *τῆς πόλεως*, i supra lineam adscripsit), sed

quum in eo saepe verba alio loco quam in ceteris codicibus collocata inveniantur atque unus complures sinceras lectiones servaverit, in eo latere arbitror quartam recognitionem, cujus vestigia forsitan etiam in codice p cernimus. Huic libro i Bekkerum multum tribuisse notum est. Atque etiam Cobetus in novis lectionibus nonnullas ejus lectiones ceteris praetulit, cf. §§ 116, 122, 150, 164.

Liceat mihi haec, quae modo disserui, exemplis illustrare. Paucis quidem locis codices ita discrepant, ut diversa eorum genera lucide appareant: § 3 agmp Vat. Laur. *προτρεπόμενον τοὺς δικαστάς*, ekls *τοὺς δικαστὰς προτρέποντα*, i
τοὺς ἀς
τον δικαστην προτρεπόμενον, dfqh Barb. *τοὺς δικαστὰς προτρεπόμενον*. § 34 aghmp Vat. Flor. *προοίμιον σκοτεινὸν καὶ τεθνηκός*, dfq Barb. *προοίμιον σκοτεινόν τι* (*τε* q) *καὶ τεθνηκός*, ekl *προοίμιόν τε τεθνηκός τι καὶ σκοτεινόν*, i *προοίμιον σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκός*. § 173 dfh Barb. recte *κατεσκευασάμεθα*, eklp Vat. *προκατεσκευασάμεθα*, i *παρεσκευασάμεθα*, cett. *προσκατεσκευασάμεθα*.

Deinde his locis M cum reliquis codicibus dissentit: § 11 M *οἶμαι*, AB *ἡγοῦμαι*. § 14 M *ἐγγραψάμενος* pro *ἐπιγραψάμενος*. Ibid. om. *τόν*. § 15 M *Εὐήρατος* pro *Εὔκρατος*. § 20 dfq om. *ὄντα*, quod vocabulum fortasse intra lineas positum diligens librarius codicis Barberini suo loco reposuit. § 23 M *ἐλευθέριος*, AB falso *ἐλεύθερος*. § 31 M *αὐτὴν* pro *ταύτην*. § 69 M *κατηγορηκέναι μου*, AB *ἐμοῦ κατηγορηκέναι*. § 82 dfq om. *δέ*, add. Barb. § 99 M *ἑαυτῷ* pro *ἑκάστῳ*. § 116 M om. *τά*. § 126 M recte *παραδίδομαι*, AB *παραδιδῶμαι*; paulo infra om. M *δέ*. § 130 M *Φαλέκου* pro *Φαλαίκου*. § 140 M recte *Δερκύλου*, AB *Δερκύλλου*. § 144 M om. *καί*. § 163 M addit, ut mihi videtur optime, verba *καὶ συσσίτων*, quae AB om. Cf. § 55. — § 167 M om. *μοι*. Inde etiam id pellucet scribam f per totam orationem codicem M ante oculos habuisse.

Sequuntur loci, ubi codex a atque maxime ea, quae recentiore manu scripta sunt, propinquitatem quandam produnt cum codicibus AM: cf. § 15 Ma recte *ἱκετηρίαν*, AB *ἱκετηρίας*. § 55 Recte scripserat librarius a *κατανεῖμαι*, corrector quidam emendavit ex codicibus Af *κατένειμε*. § 79 gm recte *δυνατόν*, AMa *δυνατός*. § 92 f *οὖν ἂν* pro *οὖν*; illud recentiore manu influxit in a. § 133 AB *ἀπαγγέλλουσι*, M *ἐπαγγέλλουσι* et corr. a. § 134 aAM om. *ἐπιστολή*. § 179 gm *ἀνθρώπῳ τὴν ὀργήν*, M *τὴν ὀργὴν ἀνθρώπῳ*, Aa om. *τὴν ὀργήν*. Quomodo hoc expedit Weidnerus? Num putat librarium M codices gm decimi quinti saeculi contulisse? Immo admodum probabile est nostro loco sicuti aliis lectiones M in illos codices irrepsisse. Tamen non ignoro in B quoque vestigia fuisse jure dici posse. Sed cf. § 170, in qua Mg titulum conservarunt, praetermiserunt librarii AB. Porro cf. § 154 Ag recte *ὡς οἰκείαν* et pr. d, *εἰς οἰκείαν* MB. § 104 AMm om. *τι*.

Dicat aliquis levibus mendis nihil disceptari atque saepissime scribas casu quodam in eundem errorem incidisse. Concedo, sed, etsi tria vel quattuor exempla nihil demonstrant, aliquantum tamen valet tanta exemplorum copia. Accedit, quod magnum discrimen interest inter singula vitia neque omnia casui tribui possunt. Quare non vereor, ne temeritatis accuser, si ex parvo vitio colligo librarium f priscum codicem A prius quam scribas ekl(s), quum etiamtum integrior minusque oblitus esset, manibus tenuisse aut diligentius saltem eum descripsisse. Legitur enim § 158 in MB recte *ὥστ' ἐν*. In codice A litterae *ΩC* aut verbo *πόλεως*, quod antecedit, absorptae erant aut erasae aut alio modo evanuerant. Quid igitur scribae ekl(s)? Omiserunt non solum litteras *ΩC*, sed etiam *TE*, ut opinor, quod obscuratas litteras

TE investigare non jam poterant aut, si hoc melius placet, quod absurdum vocabulum *TE* recipere nolebant. At codex f *πόλεώς τε ἐν* patienter transscriptum praebet.

Denique propono aliquot locos, quibus dilucide perspicitur intricatam codicum quaestionem Weidneri conjectura duorum generum non disceptari: § 169 Beh et pr. f: *κἀκεῖ στεφανωθῆναι*, Mkli: *κἀκεῖ στεφανωθῆναι ὑπὸ τῶν ἡγεμόνων*, in scholiis hoc emblema habet f et Laur. § 41 ehkmq om. *τοὺς λόγους οὓς εἶπον ἐγκωμιάζων*. § 15 ABfi *φιλανθρωπίαν*, dg Barb. et *γρ.* a e i *φιλίαν*. In f *φιλίαν* scholion est. Videsne codice f adeo contempto patefieri, quomodo in verba oratoris *φιλίαν* se insinuaverit? § 21 Mkai recte *ἦμεν*, elgm *οἶμαι*. § 117 afgk Barb. *ἐγκαταλείψεις*, delm *ἐγκαταλήψεις*, g *ἐγκαταλείψας*. § 146 Mk *εἶναί με*, Bel *μ' εἶναι*. Atque inconstantiae Weidnero tribuendum est, quod in hujus orationis apparatum criticum lectiones M recepit. Necdum exploratum habuisse videtur codices df Barb. proprium efficere genus. Quomodo enim ep. ad Cob. p. 10 ad § 51 dixisset emblema *πάντα* non esse in Ad, quod totum genus M omisit? Sed haec mitto; reliquorum autem librorum rationem non habui, quippe qui inutiles ad restituendam orationem videantur.

Naturam codicum A recte cognovit Weidnerus, qui praef. p. VIII haec edisserit: „eorum memoria in hac oratione multo minus integra et incorrupta est (sc. quam in tertia), non quo majore additamentorum numero eos depravatos esse existimem, sed scribendi errorum plenissimi sunt. Hujuscemodi errores sub finem maxime orationis frequentes — scriptura codicis k hac parte omnium maxime lacera est — hoc quasi clara voce testimonium dicunt: illos quidem homines, qui hos libros scripserint, et ignaros fuisse linguae Graecae et ab omni correctione prudenter se abstinuisse". Scriba enim A, quamquam linguae Graecae vix fuit plane ignarus, negligentissime archetypum descripsit: multa verba praetermisit, glossemata et additamenta modo accepit modo abjecit, si qua verba non statim intellexit, e litteris eorum alia sibi composuit sententiarum nexum non curans: doctrinam quidem ejus emendationes non sapiunt. At scribae M et B quam accuratissime omnia transscripserunt, nisi quod B majore intelligentia et doctrina instructus facere non potuit, quin passim verba de suo arbitrio commutaret. Quamobrem quum in universum Weidnero de codicum auctoritate assentiar, singulis tamen locis prorsus oblitus esse mihi videtur, quanta negligentia fuerit librarius A. Atque etiam hic operae pretium esse arbitror, si ad confirmandas sententias meas quam accuratissime lectiones ABM confero.

Primum quidem lacunas etiam Weidnerus agnoscit hasce in genere A:

§ 12 om. *ἐπειδή*. § 22 *δή*. § 27 *δέ*. §§ 39, 44 *καί*. Sed § 44 W. recte dicit omnem istam sententiam absurdam esse. § 74 *καί*. § 88 *ἤ*. § 126 *ἤδη*. § 142 *καί*. § 146 *οὖν*. § 158 *μέν*. § 165 *οὐχ*. § 173 A pr. f *οὐ*. § 174 *μέν*. — §§ 4, 174 *εἰς*. § 131 *διὰ* bis. § 146 *ἐπί*. — §§ 3, 71 om. *τοῖς*. §§ 16, 137 *ὁ*. § 21 *τῶν*. §§ 36, 76 AM om. *τῆς* ante *εἰρήνης*. § 88 *τήν*. § 137 *τῇ*. §§ 171, 184 *τούς*. — § 4 *μου*. § 5 *ὑμῶν*. § 6 *αὐτῇ*. § 21 *ἡμῶν*. § 44 *οὗτος*. § 56 AM *ἐγώ*. § 61 *ᾧ*. § 134 *μοί*. — § 10 *πολλῆς*. § 46 *στεφάνῳ*. § 124 AM *λόγοις*. § 143 Af *σωτηρίαν*. § 181 Af *μόνος*. — § 21 *ὅταν προσίωμεν Φιλίππῳ, τοὺς πρεσβυτάτους*. § 63 *μὴ προσέχειν*. § 79 *ἀλλὰ τῶν μὲν περιορώντων, ὅτι συμβήσεται, τῶν δὲ συνεπιστρατευόντων, τῶν δ' ἐν τῇ πόλει*. § 86 *καὶ κραυγῆς*. § 111 A et pr. f *ἐφ' ἵππου, οὐ καταδὺς εἰς τὸ σκότος ὥσπερ ἕτεροί τινες, ἀλλά*. § 116 Af *καὶ Πριηνέα*. § 132 Af *μελλόντων*. § 133 *ταῦτα τὰ χωρία καὶ πεντήκοντα πληροῦν τριήρεις καὶ τοὺς μέχρι*. § 147 *καὶ τετταράκοντα*. § 160 Af *ἢ ποῖον νόμον λύσας*.

Perpaucae lacunae in B inveniuntur: § 19 om. *ὁ*. § 35 MB *ἔτι*. § 60 *δή*. § 84 *δέ*.

§ 123 *ἐπί.* Scilicet eas tantum lacunas enumeravi, quae omnes codices generis A vel B obsident.

Adjungo emblemata, quae in A influxerunt: § 10 *τῷ* [*γενομένῳ* AM] *Σικελίας τυράννῳ.* § 11 *ἀπὸ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης καὶ* [*περὶ*] *τῆς πρεσβείας.* § 14 *καὶ τὸ τελευταῖον ἀποφεύγει* [*κεφάλαιον*] *ὁ Φιλοκράτης.* Quod W. annotat fortasse ista voce asyndeton indicatum esse, verisimile mihi non videtur. Probabilius autem est *κεφάλαιον* glossema esse ad vocem *τελευταῖον.* § 15 add. *ἐν τῷ δήμῳ.* § 16 *δεῦρο.* § 18 *ψήφισμά τι.* § 21 [*τοῦ*] *Φιλίππου.* § 23 *ὦ ἄνδρες* [*δικασταί*]. § 34 *ῥηθέντων δὲ* [*καὶ*] *τούτων.* § 76 add. *λέγων.* § 145 A pr. f [*τῇ δὲ φήμῃ*] *τῶν συκοφάντων.* § 157 [*καὶ*] *τοὺς Καρίωνας.* Ibid. [*τὴν*] *αἰχμάλωτον γυναῖκα.*

Haec sunt emblemata in B: § 11 *ἄν*, quod ex versu sequenti ortum est. § 14 MB *ἐπέθηκαν.* § 18 MB *ἐν τῷ δήμῳ.* § 31 MB *ἄν.* § 51 *τἆλλα* [*πάντα*]. § 124 add. *πολλάκις.* § 158 *ὥστε.* § 172 *τοῦ.* § 178 [*ὅλων*] *τῶν λόγων.* § 180 add. *Σκύθῃ κακῷ ὄντι.*

Nonnulla autem verba, quae Weidnerus emblemata esse grammatici B judicavit, Aeschini reddere debemus. Namque quoniam libri A maxime lacunosi sunt, ubi BM non digrediuntur, illorum diverso testimonio admodum diffidamus oportet: § 1 [*τὴν* om. A] *τοῦ κινδυνεύοντος φωνὴν μὴ ὑπομένειν.* — § 10 MB *παρεκελεύσαθ' ὑμῖν τὸ θηρίον φυλάξασθαι.* AiW om. *τὸ θηρίον*, quod jam Bekkerus codicem i secutus uncis incluserat. Sed tamen aptissimum mihi videtur ad verbum *φυλάξασθαι.* Praecepit Demosthenes, ut Aeschinem quasi feram Athenienses custodirent et caverent. Cf. II 20, 34. — § 24 MB *ἐπαινῶ δ' εἰς ὑπερβολὴν* [*πάντας* om. AiW] *ὑμᾶς.* — § 49 MB *οὐδὲν γὰρ εἶναι ῥᾷον* [*ἢ*] *πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι.* A pr. f om. *ἤ.* W. ep. ad Cob. p. 10: „Omittunt meliores libri *ἢ* fraudem sciolorum patefacturi. Verba enim *οὐδὲν εἶναι ῥᾷον* pertinent ad malam illam rhetorum consuetudinem, qui *ἀποδιατρίβουσι τὴν ὑπερόριον λαλιὰν ἀγαπῶντες ἐν τοῖς οἰκείοις πράγμασιν*“. Sed primum, si quis interpretamentum adderet, certe non *πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι* sed *ἢ πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι* adscriberet: comparativus *ῥᾷον* enim grammaticorum explicandi studium excitare potuit. Deinde vero W. prorsus non demonstravit neque demonstrare poterit verba *ἢ πρεσβείαν ἀπαγγεῖλαι* in sententiam non quadrare. — Ob eandem causam expunxit W. § 148 verba *ὡς ἀνὴρ εἶ.* Exhibent enim codices *σὺ δ' ὁ ἀμφισβητῶν ἀνὴρ εἶναι, οὐ γὰρ ἂν τολμήσαιμι εἰπεῖν ὡς ἀνὴρ* [*εἶ* om. Af], *ἐγράφης λιποταξίου.* „Miram istam loquacitatem, inquit Weidnerus in ep. ad Cob. p. 12, removebit auctoritas codicum Af, in quibus saltem *εἶ* abest“. Sed res simplicissima est. Omnes enim libri praeter Vaticanum habent *ἐνεγράφης* pro *ἐγράφης* atque illud in archetypo fuisse videtur. Scribae MB, quum in notis *EN* latere *εἶ* intellexissent, transtulerunt, ne quid praetermitterent, in exempla sua *εἶ ἐνεγράφης*, contra librarius A nulla meditatione impeditus descripsit solum *ἐνεγράφης.* Loquacitatem vero hic non agnosco atque Aeschines minime studiosus fuit brevitatis.

Tum verborum formae immutatae sunt in A his locis: § 4 *ἀγνοοῦσι* pro *ἀγνοήσωσι.* § 9 *τύχοι* — *τύχῃ.* § 11 *μνημεῦσαι* — *διαμνημονεῦσαι.* § 12 *εἰπόντες* — *εἶπον.* § 18 *λεχθέντων* — *ῥηθέντων.* § 20 *φυλάξωμεν* — *φυλάξομεν.* § 26 *παραλιπὼν* — *παραλείπων.* § 28 *συμβαίνειν* — *συμβαίνει.* § 31 *συνελθόντων* — *συνελθούσης.* § 34 *ἀκοῦσαι* — *ἀκούειν.* § 37 *ὠνομάζετο* — *ὠνόμαζε.* § 57 AW *δοκεῖ* — *δοκοίη.* § 80 AM *θελήσει* — *ἐθελήσει.* § 105 A *πέμψειν*, MB *πέμπειν*, W *πέμψαι.* § 130 *παρεδέχοντο* — *παρεδέξαντο.* § 133 *φυλάξειν* — *φυλάττειν.* § 142 *ἔσωσαν* — *ἐσώθησαν.* § 143 *ἀπόδος* — *ἀπόδοτε.* § 145 MB *ἔχειν* — *ἔχω.* § 150 *δικάζοντες* — *δικάσοντες.* § 153 *λέγειν* — *λέγει.* § 154 *προσαγόμενος* — *προσαγαγόμενος.* § 157 MB *μαστίγοιμι* — *μαστιγοίην.* § 161 MA *πέπαυται* — *πέπαυνται.* § 177 *ἀψάμενοι* — *ἀπτό-*

μενοι. — § 20 *ἡμᾶς* — *ἡμῖν*. § 26 *αὐτῆς* — *αὐτοῖς*. § 27 *Θέρμην* — *Θέρμαν*. § 33 *τῷ λόγῳ* — *λόγοις*. § 58 *ἐν Ἀθήναις* — *Ἀθήνησι*. § 68 *αὐτοῦ* — *αὐτῷ*. § 111 *τοῦ* — *τούς*. § 116 *τοῖς ἄλλοις* — *τοὺς ἄλλους*. § 117 Af *αὐτὸς* — *αὐτούς*. § 132 Adf *τρίτη* — *τρίτον*. § 137 *πολέμιοι* — *πολεμικοί*. § 152 AM *υἱεῖς* — *υἱοί*.

His locis AM veriores formas quam B conservaverunt: § 6 *σώζεσθαι* pro *σωθήσεσθαι*. § 32 *παρεσχόμην* — *παρειχόμην*. § 62 *βεβουλεῦσθαι* — *βουλεύεσθαι*. § 9 *Θεμιστοκλῆ* — *Θεμιστοκλέα*. § 19 *πρεσβευτὴν* — *πρέσβεις*. § 75 *ἐπ' Ἀρτεμισίου* — *ἐπ' Ἀρτεμισίῳ*. § 166 *τοῦτο* — *ταῦτα*.

Atque elucet librarium A, qui numeros et verborum tempora commutaret, linguae Graecae non ignarum fuisse. Neque ignarus linguae Graecae § 73 *εἰς τὸν φίλον καὶ ἑταῖρον* pro *εἷς τῶν φίλων καὶ ἑταίρων* sibi finxisset. Maxima tamen pars vitiorum in A erroribus orta est magnaque jam archetypum deformavit, id quod consensus generis M plerumque testatur.

Accedimus ad eos locos, in quibus A diversas notiones neque vero nativas tradit: § 2 *λύειν* pro *ἀπολύσασθαι*. § 30 *λύειν* — *διαλύειν*. § 45 *ἔπεμψεν* — *ἐξέπεμψεν*. § 121 *πρεσβεῦσαι* — *πρεσβευτής*. § 126 *λύω* — *καταλύω*. § 142 *ἀπέλυσα* — *ἐκώλυσα*. § 148 *φαίνεται* — *προφαίνεται*. § 181 AM *μείνας* — *ὑπομείνας*. — § 3 *ὑπόληψις* — *ὑποψία*. § 6 *ὅς* — *ὅθ'* (*ἑ* . .) § 96 *ἀπορίας* — *πορείας*. § 106 *τοιαυτὶ* — *ταυτί*. Ibid. *κοινὰ* — *δεινά*. § 109 *δημηγορίαν* — *συνηγορίαν*. § 114 *ἀδύνατον* — *μὴ δυνατόν*. § 119 *καιρῶν* — *ἡμερῶν*. § 146 *καὶ τὸν λόγον* — *ἄστοργον*. § 150 *δήμους* — *δημότας*. § 159 *αὐτὸν* — *ἐμαυτόν*. § 176 *ταῦτα* — *τοσαῦτα* et *τριακοσίους* — *τριάκοντα*. § 181 *τύχην* — *ψυχήν*. — § 8 *δὲ* — *γάρ*. § 29 *ὡς* — *ὅ*. § 36 *εἰ οὐ* — *εἰ μή*. § 159 *εἰ* — *ἄν*. § 16 *ἀπὸ* — *ἐκ*. § 27 *εἰς* — *ἐπί*. § 159 *ὑπὲρ* — *ἐπί*.

B deterius est: § 2 *κατήγορος* pro *κατηγορία*. § 10 *παρεκελεύσατο* — *διεκελεύσατο*. § 13 MB *ἀνίσταντος* — *ἀντειπόντος*. § 15 *Στρατοκλῆς* — *Ἰατροκλῆς*. § 22 *ὄψεσθε* — *κατόψεσθε*. § 37 MB *ἤλθομεν* — *εἰςήλθομεν*.

Pluribus mihi dicendum est his de locis, quorum partim cum Weidnero non consentio: § 3 *τὸν γὰρ ἐπὶ ταῖς δωροδοκίαις προτρέποντα ὀργίζεσθαι αὐτὸν χρὴ τῶν τοιούτων ἔργων πολὺ ἀφεστάναι*. Ita MB, contra AW *ἀπέχεσθαι*. Conferri jussit W. I 17 *πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως*. Quasi Aeschines elocutionem non variaverit, cf. I 160 *νέος ὢν ἀπέστη δι' αἰσχρὰς ἡδονὰς τῆς φιλοτιμίας*. II 5 *αὐτὸς δ' οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς πρὸς ταῦτ' ἀπολογίας*. II 33 *ὧν δὲ Ἀμύντας ἀπέστη*. II 77 *ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι ἀποστάντας πάντων*. II 153 *τὸν γὰρ πλεῖστον ἀφεστηκότα τῶν τοιούτων πρὸς τοὺς εἰδότας διέβαλλε*. — § 5 MB *κἂν μὴ προϊούσης τῆς ἀπολογίας ἐλέγξω*, AW *ἐξελέγξω*. Quid orator ipse scripserit disceptari nequit. Verbum simplex exhibent omnes codices uno loco I 115, ceteris verbum compositum praebent: I 113. II 62, 123. III 8 (M *ἐλέγχειν*), 10, 31, 40, 125, 203, 221, 222, 224. — § 12 MB *πεισθέντες δ' ὑμεῖς προσείλεσθ' αὐτῷ Κτησιφῶντα πρεσβευτήν*, AW *εἵλεσθε*. Quod vero W. arbitratur, si scriberetur *προσείλεσθε* duos creatos esse legatos (ep. ad Cob. p. 11), certe erravit. Praepositione *πρὸς* enim ad verbum adjuncta non significatur alterum legatum creatum esse, sed legatum creatum esse, qui illius esset comes. Contulisse juvat Xen. Cyrop. I 5, 5 *αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατιᾶς. ἔδοσαν δὲ αὐτῷ καὶ προσελέσθαι διακοσίους τῶν ὁμοτίμων*, neque vero *ὡς συνάρξοντας*: diversam enim exercitus partem efficiebant. Itaque etiam *ἑλέσθαι*, quod nostro loco paulo ante legitur, merito Cobetus in *προσελέσθαι* mutavit. — § 16 MB *τοὺς αὐτοὺς λόγους ἀκούοντες τοῦ Ἰατροκλέους παρὰ τοῦ Φιλίππου*, AW. *περὶ τοῦ Φιλίππου*. Sed totam sententiam emblema esse suspicor. Quomodo enim senatores, quum Ari-

stodemus nondum retulisset, eadem verba audire potuerunt ab Jatrocle? — § 50 MB *κατὰ τοῦτο ἐξεπέμφθημεν καὶ ταῦτα ἐξεπράττομεν* melius mihi sonare videtur, quam quod W. ex A desumpsit *ἐπράττομεν*. — § 79 MB *ὁμολογῶ συμβουλεῦσαι τῷ δήμῳ διαλύσασθαι πρὸς Φίλιππον*, A *τῇ πόλει*. Fortasse recte W. neutrum recepit.

Verborum denique incertis sedibus vagantium in hac oratione de falsa legatione non tantum numerum invenimus, quantum in Ctesiphontea, si ab eo recedis, quod scriba i summa libidine verborum ordinem immutavit. Sed inde saltem id discimus verba translata eadem non habenda esse statim pro emblematis. Tenebo vero eundem ordinem et modum, quem secutus sum ad Ctesiphonteam. Weidnerus intactos reliquit hos locos: § 1 MB *ἀκοῦσαί μου*, AW *μοῦ ἀκοῦσαι*. § 7 MB *πάσχειν δόξω*. § 13 Aag *Φιλίππῳ δεῦρο*, Mm *δ. Φ.* § 19 MB *συμπρεσβεύῃ ὁ Ἀριστόδημος*, A *ὁ Ἀ. σ.* § 21 MB *ὑπομένειν Δημοσθένην*. § 23 MB *ἐξαίφνης ἐγενόμεθα*. § 28 MB *ἀφικομένου δ' εἰς τοὺς τόπους Ἰφικράτους*, A *ἀφικομένου δ' Ἰ. κτλ.* § 34 MB *ἐξήγγελτο αὐτοῦ*. § 59 B *φησὶ* alio loco inserit quam AM. § 63 MB *εἰςηγεῖτο δ' ἐκεῖνος*, A *ἐκεῖνος δ' εἰςηγεῖτο*. § 76 MB *προῃροῦντ' οὐ δυνάμενοι*, A *οὐ πρ. δ.* § 77 MB *τῶν πολιτῶν ἀκρίτους*, A *ἀ. τ. π.* § 79 B *νομίζεις νῦν αἰσχράν*, AM *αἰσχρὰν νῦν νομίζεις*. Ibid. MA *πολλῷ φημι*, B *φ. π.* § 162 MB *οὐδένα τῶν ἐκεῖ παρόντων*, A *τῶν ἐκεῖ π. οὐ.*

Aperta quidem emblemata Weidnerus varia collocatione verborum commotus haud paucis locis merito exstirpasse mihi videtur, ut § 23 et § 33 *τοὺς φόρους τάξας*. § 27 *τότε*, quod jam BS. ejecerant. § 31 *ὁ Φιλίππου πατήρ*. § 30 *Ἀθηναίων*. § 109 *πρῶτος*. § 40 *ἐκ τῆς πρεσβείας*.

Aliter sentio his locis: § 17 ikl *εἰςελθὼν εἰς τὴν βουλήν*, MBe *εἰς τὴν βουλὴν εἰςελθών*. W. del. *εἰς τὴν βουλήν*. — § 62 AM *ὦ Ἀθηναῖοι, ἠκούσατε*, B *ἠκούσατε, ὦ Ἀ.* W. del. *ὦ Ἀ.* — § 21 MB *πηγὰς δὴ λόγων ἀφθόνους ἔχειν ἐπήγγελτο*, A *ἔχειν ἀφθόνους* propter diversam verborum collocationem. Sed utrumque retinendum esse arbitror. — § 29 A *ὑπὲρ αὐτῆς καὶ ὑπὲρ ὑμῶν*, MB *ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὑπὲρ αὐτῆς*. W. del. *ὑπὲρ αὐτῆς καί*. — § 35 MB *λέγειν ἐπιχειρήσας*. A *ἐπιχειρήσας λέγειν*. W. del. *λέγειν*. — § 78 MB *ἐκ τῶν νομάδων Σκυθῶν τὸ πρὸς μητρὸς γένος ὤν*, A *ὢν γένος*. W. del. *γένος*. § 120 e *μέλλουσαν βουλεύσασθαι*, MB *μέλλουσαν βουλεύεσθαι*, kl *βουλεύεσθαι μέλλουσαν*. W. *μέλλουσαν βουλεύσεσθαι*. Sed quum infinitivus temporis praesentis ex usu Aeschinis optime tolerari possit, sequamur codicum auctoritatem. Neque hac Weidneri conjectura opus fuit. Plerumque enim Aeschines post *μέλλειν* ponit infinitivum praesentis, raro futuri, semel tantum in Timarchea (§ 128 *μελλόντων γενέσθαι*) aoristum

Prima oratio.

Ex uno vetusto exemplari invenit Weidnerus omnes Timarcheae quoque libros ita fluxisse, ut codices abm (= B) unam, df (= A) alteram repraesentarent recensionem. Ceteros codices (= M) ex his duobus generibus AB esse contaminatos. E. Rosenberg in Philol. v. XXXV concedit quidem exempla nostra ad unum archetypum codicem referenda esse, sed tamen omnino istiusmodi quaestionem magni non facit propter miram lectionum diversitatem. Immerito; immo eo ipso, quod unum aliquando librorum exstitisse archetypum Weidneri opera constat, efficitur, ut nunc quidem certo nitamur fundamento ad factitandam artem criticam, quoniam non tam lacunarum, quibus libri deformati sunt, communione eorum cognatio demonstratur, quam vitiosis lectionibus, quae ex scriptura archetypi facile explicantur. Itaque licet multis codicibus intermediis nostri libri a vetusto illo exemplari distent, teneo illud Weidneri praeceptum, ut omnium primum id agendum sit, ut quam maxime fieri possit archetypi lectiones restituere studeamus. Deinde duas et ipse existimat recensiones ex archetypo manasse neque vero libros M inde conflatos esse, sed codicibus glmopr Vat. Laur. aliud effici genus recensionis B, cujus sunt codices ab, atque libris df et hq Barb. Abb. simili modo inter se cognatis praeberi recensionem A; id quod stemmate p. 188 illustrat. Agnoscit igitur duplicem recensionem — nam quod p. 195 edisserit de tertia recensione quadam paucis subnixus veterum scriptorum testimoniis, habet parum virium ac firmamenti — negat omnino nos habere codices contaminatos, quos cum Weidnero seponere possimus. Ne vero veram cognosceret librorum cognationem, impedimento fuit et id, quod Weidnerum ducem secutus alterius ac tertiae orationis rationem plane non habuit, et id, quod archetypi curam despiciens non satis ex communi fonte varias lectiones sibi explicavit.

Atque desunt in Timarchea libri ek generis A, — retinemus enim melius ea signa, quibus in reliquis orationibus singulos codices notavimus, — adest vero codex l ejusdem generis quamvis in nostra oratione pessime descriptus et ad genus B (= ab) saepissime correctus. Nihilo minus reservat l vestigia generis A, quod per se probabile videtur et confirmatur diversis ejus lectionibus. Praetermissa inveniuntur fere triginta singula vocabula; §§ 27, 173 magnae hiant lacunae. Aliae formae et notiones multae sunt: numeravi quadraginta tres. Nonnunquam totam sententiam immutatam cernimus ut § 84 et § 85. Saepius etiam verborum ordo inversus est: §§ 23, 36, 127, 139, 145, 166. Apparet autem codicis l naturam eam esse, ut neque, quod Weidnerus arbitratur, ex codicibus abm et df derivatus esse, neque, quae est Rosenbergi sententia, cum libris gmopr Vat. Laur. consociandus esse videatur; verum servat quamquam ut etiam in altera oratione passim ad genus B accommodatus est, tot lectiones ab isto genere

alienas, ut eo genus A reliquarum orationum in Timarchea repraesentari pro certo haberi possit. Accedit etiam, quod codices hq, quos in reliquis orationibus ex generibus A et M contaminatos esse demonstravi, in Timarchea cum uno codice l saepius consentiunt. Cf. § 4 lhq *τοῖς κειμένοις νόμοις*, cett. *τ. ν. κ.* § 22 lhq *νόμος* pro *νόμοι*. § 35 lhq *κρίσεις* — *κλήσεις*. § 48 lhq *καθαρὸν εἶναι χρὴ τὸν βίον*, cett. *καθαρὸν χρὴ κτλ.* § 66 lhq *εἰς* — *πρός*. § 145 hl et rec. q *ἐνέγκοι* — *ἐνέγκῃ*. § 194 lhq *παραστῶσι* — *καταστῶσι*.

Convertamur nunc ad reliquos libros. Atque codices g m o p r Vat. Laur. quamquam cum codice l compluribus locis, quos Rosenbergius p. 186 collegit, consentiunt, tamen propinquiores generi B eos esse facile intellegitur. Unde sic videntur profluxisse, ut passim lectiones A et M aspergerentur. Neque vero isti codices satis conspirant, ut cum Rosenbergio alteram generis B classem constituere possimus. Namque codex g, ut hunc eligam, saepius consentit cum genere M, quam cum ista classe. Idem valet ad libros o p r Vat. Laur. (m), quorum lectiones simili modo fluctuant inter genera ABM. Quod quum perspexisset Weidnerus, libros gopr Vat. Laur. quippe contaminatos abjiciendos esse dixit. Ac profecto ubi a codicibus MBl discedunt, nihil, quod nobis usui sit, conferunt. Codices autem hq ex libris AM commixtos esse jam supra docui. Atque nescio an in his codicibus nonnullae lectiones generis A, quae in codice l emendatae sunt, integrae adhuc exstent. Sed quamquam contortae atque difficiles sunt rationes codicum ad constituenda genera, id tamen pro certo licet affirmari ad revocanda scriptoris verba vel potius ad revocandam archetypi scripturam valere tantum codices ab (= B), l (= A), df. Barb. Abb (= M). Quae vero eorum sit auctoritas, nunc quaeramus.

Ac primum refero Weidneri opinionem, quae prol. p. XXXVI invenitur. „Utrum genus librorum, inquit, praestare videatur, disceptari non potest: utrumque genus suis ac propriis vitiis depravatum est. Quamquam si quo loco libera optio datur, in hanc sententiam magis inclino, ut A (nostrum M) alteri generi anteponendum esse putem.“ Sed cautius sententiam suam hic expressit, quam praestitit in recensione ipsa, ubi, quantum fieri potest, genus M defendit. Quid quod in iisdem prolegomenis p. XXXVIII. vel de optimis libris dicit? Equidem vero collatis variis lectionibus me demonstraturum esse spero aliquanto minus genus B quam M vitiis inquinatum esse. Codicis l diversas lectiones, ubi operae pretium esse videtur, commemorabo. Atque hic quoque incipiam a locis lacunosis.

Hasce lacunas codicum M agnoscit etiam Weidnerus: §§ om. M 129, 44, 120 *τό*. § 90 *τῶν*. § 104 *τόν*. § 161 *ὁ*. § 191 *τούς*. § 29 *τά*. — § 38 *μάλιστα*. §§ 48, 53 *γέ*. §§ 56, 75 *ἤ*. § 59 *δέ*. §§ 63, 176, 194 *καί*. § 95 *ἔτι*. §§ 8, 187 *νυνί*. § 136 *οὐχί*. — § 32 *ἀπό*. § 188 *ἐν*. — § 40 *μέ*, quod delet Cobetus. § 41 *τίς*. § 154 *τί*. § 83 *τινά*. § 93 *ὑμεῖς*. § 57 *τούτῳ*. § 72 *ὧν*. — § 111 Ml om. *ἔφη*. — § 107 *τῇ ἑαυτοῦ* post *τῇ βδελυρίᾳ*. § 165 *τὸ δέ*. § 75 *τί* pro *ἤ τί σύ* § 178 *οὔτε χάριτος*. § 111 *θαυμασάντων δ'ὑμῶν πῶς ἀνὴρ καὶ γυνή*, quam lacunam Barb. Abb. sec. f compleverunt.

In B hae lacunae inveniuntur: § 20 om. Bl. *ὁ*. § 32 *τόν*. § 179 *τῆς*. § 107 *οὐ*. § 10 *εἰς ὑμᾶς*. § 87 Bl om. *ἐάν τις μισθώσηταί τιν' Ἀθηναίων ἐφ'ὕβρει, καὶ πάλιν*. Haec verba et quae insequuntur *ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος αἰσχύνῃ ἑκὼν μισθαρνῇ* Cobetus meritissimo expunxit. Quae quum in archetypo in verborum ordinem nondum inserta essent, factum est, ut ea partim scribae AB praetermitterent. — Sed hic unam habemus lacunam, quum illic numeremus sex.

Falso mihi videtur tueri Weidnerus has lacunas generis M: § 4 *καὶ ἑτέρων* [*ἤδη* om. M] *πρότερον ἀκηκοότες*. Aeschines saepius *ἤδη*, ubi non desideratur, adposuit cf. II 102, III 145. — § 8 *βούλομαι δὴ κἀγὼ* [*νυνὶ* om. M] *πρὸς ὑμᾶς, τὸν αὐτὸν τρόπον χρήσασθαι τῷ λόγῳ*. — § 80 M om. *πέρυσιν* post *ἐβούλευε*. § 180 [*καὶ* om. M] *αἰσχύνονται καὶ δεδίασι*. Sed particulas *καὶ* — *καὶ* ad hunc locum aptissimas esse affirmant exempla, qualia haec sunt: II 172, 184; III 2. — § 17 *ὅλως δ' ἐν* [*τῇ* om. Ml.] *δημοκρατίᾳ τὸν εἰς ὁτιοῦν ὑβριστήν*. Usu Aeschineo postulatur articulus. Cf. I 23, 79. II 172, 173, 177. III 6, 23. — § 31 *κεχρημένον τῷ* [*ἑαυτοῦ* om. M] *σώματι*. Sed cf. §§ 29, 39, 40, 108, 116. Genitivus deest in una § 154. — § 44 *καὶ ταῦθ' ὅτι* [*ἐγὼ* om. M] *ἀληθῆ λέγω*. De pronomine *ἐγὼ* p. 9 ad III 12 disserui. — § 48 *φήμην, ἣν οὐκ ἐγὼ τούτῳ παρεσκεύασα, ἀλλ' αὐτὸς* [*οὗτος* om. M] *αὑτῷ*. Haec anthiteseos formula usitata est apud Aeschinem. Cf. I 3 *οὔτ' ἐγὼ ἀλλ' αὐτὸς οὗτος αὑτῷ*. I 193, III 233 recte A. — § 140 *ὁ σώφρων καὶ ἔννομος, εἴτ' ἔρωτ' εἴτε τρόπον* [*αὐτὸν* om. M] *χρὴ προσειπεῖν*. Sed *αὐτὸν* objectum est neque omitti potest. Vertendum est: Ihre sittliche und gesetzliche — soll ich es Liebe oder Charactereigenthümlichkeit nennen. — H. van Herwerden in Mnemos. V (1877) p. 195 ante *τρόπον* audacius quam verius addit *ὅντινα δή*, quod quum de universa natura atque indole agatur, certe hic locum non habet. — § 143 *ἐπαγγείλασθαι γὰρ* [*αὐτὸν* om. M] *εἰς Ὀποῦντα σῶν ἀπάξειν, εἰ συμπέμψειεν αὐτὸν εἰς Τροΐαν*. Sed rectius retinemus priorem accusativum *αὐτὸν* et cum Cobeto alterum exterminamus. — § 13 *οὐκ ἐᾷ γραφὴν εἶναι*. Ita MgW, at recte ceteri codices: *οὐκ ἐᾷ γραφὰς ἑταιρήσεως εἶναι*. Cf. hos locos simillimos: § 15 *γραφὰς ὕβρεως*. § 20 *γραφὰς ἑταιρήσεως πεποίηκεν*. — § 160 *τῆς* [*εἰς τὰ καλὰ* om. M] *φιλοτιμίας*. — § 168 *ὅτ' αὐτὸς πρῴην* [*πρὸς τὴν βουλὴν* om. M] *ὑπὲρ τοῦ παιδὸς Ἀλεξάνδρου διεξῄειν*. Verba autem *πρὸς τὴν βουλὴν* si quo loco certe hoc necessaria sunt, quum, ubi paulo infra redeunt, omissa non desiderentur. — § 42 *καὶ ταῦτα* [*ποιεῖν* om. M] *οὐκ ὤκνησεν*. Apud Aeschinem verbum *ὀκνεῖν* non invenitur, nisi cum infinitivo conjunctum. Neque apud ceteros scriptores saepe accusativum assumit. Cf. I 51, 153, 177. II 30, 124. III 26, 52. Facile I 184 qui praegreditur infinitivus ad *ὀκνούντων* suppletur. — § 53 *ἤδη γὰρ οἶμαί τινας ὑμῶν ἑωρακέναι* [*ἃ λέγω* om. M]. Aegre caremus objecto ad verbum *ἑωρακέναι*. § 85 *οὐκοῦν ἄτοπον* [*ἂν εἴη* df om.] Copulam quae dicitur, omiserunt Cobetus et Weidnerus. Sed si necessaria non est, certe non est perversa. Atque ut eam retineamus, monent etiam codices Barb. Abb.

Emblemata in M sunt, quae etiam W. rejecit: §§ 5, 60, 91, 148 M add. articulum. § 23 *τῶν ἄλλων Ἀθηναίων* [*ἁπάντων*] *τὸν βουλόμενον*. § 26 *ὧν* [*ἐγὼ*] *ὀλίγῳ πρότερον*. § 37 *διδάσκειν* [*ὑμᾶς*] *βουλόμενος*. § 73 [*αὐτὸς*] *μαρτυρήσῃ*. § 134 *υἱεῖς* [*αὐτοὺς*] *τοὺς μηδέπω γεγονότας*. § 109 *φαῦλος ἦν* [*οὗτος*]. § 6 *εἰ δεῖτὰ τῆς πόλεως καλῶς* [*καὶ εὖ*] *ἔχειν*. In codice f *καὶ εὖ* secunda manu illata sunt. § 28 *ἔγωγε* pro *ἐγώ*. § 45 *καίπερ ὁμολογουμένου* [*ὄντος*] *τοῦ πράγματος*. § 82 *ὅτι τό* [*γε*] *εἰσήγημα*, h *τότε*. l om. *τό*. § 88 M sec. a addunt *ἐπεί*. § 29 [*διὰ*] *τί*. § 42 *παρ' ἀλλοτρίῳ καὶ* [*παρὰ*] *πρεσβυτέρῳ*. § 127 *περὶ μὲν τῶν ἀναθημάτων καὶ τῶν οἰκιῶν καὶ* [*περὶ* M] *τῶν κτημάτων*. § 64 MB *ἐν ὑμῖν* pro *ὑμῖν*. § 20 *μηδ' ἂν δεινότατος ᾖ λέγειν* [*Ἀθηναίων*]. § 95 *οἱ δ' ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ* [*λόγοι*] *ῥηθησόμενοι*. § 152 *οἱ αὐτὸς* [*ποιητής*]. § 192 B recte: *εὖ δ' ἐπίστασθε*, quae verba omisit lM: *ἓν δὲ εὖ ἐπίστασθε*. W. e conjectura dat *εὖ γὰρ ἐπίστασθε*. § 19 *μηδ' ἀρξάτω* [*φησίν*]. § 158 M habet *ἐμίσει* post *ὑπερβεβηκώς*. Quum vero *ἐμίσει* in codice f ad vocem quae sequitur *ἐδυσχέραινε* scholion sit, intellegis, quomodo in libros irrepserit. § 5 *παρανομούντων* [*καὶ ἀσελγῶς βιούντων* Mm]. § 62 *ὁ Πιττάλακος προσπίπτει* [*πρὸς τὰ γόνατα* fd Abb. sec. a], *ἀνδρὶ καὶ μάλα χρηστῷ*. Malim articulum

poni ante *ἀνδρί*. § 64 M *τὴν ἐν τῷ δήμῳ ἀπειλήσαιεν ἐπαγγελίαν ἐπαγγέλλει ὥσπερ ἐγὼ Τιμάρχῳ* pro *τὴν αὐτὴν ταύτην ἠπείλησεν ἐπαγγελίαν ἐν τῷ δήμῳ, ἥνπερ ἐγὼ Τιμάρχῳ ἐπήγγειλα*. Neque opus est libidinosa Weidneri conjectura *τὴν αὐτὴν ταύτην ἠπείλησεν ἐπαγγελίαν, ἥνπερ ἐγὼ κτλ.* Neque enim ex codicum discrepantia concludi potest *ἐν τῷ δήμῳ* esse emblema. § 81 *καὶ τὰ μὲν [πολλὰ καὶ] παλαιὰ ἐάσω*. § 91 *τίς γὰρ ἢ τῶν λωποδυτῶν ἢ [τῶν κλεπτῶν ἢ] τῶν μοιχῶν*. § 191 *παρακελεύεται [τοῖς νέοις* Mhqopr]. § 196 In Mhq reperitur hic spurius finis orationis: *καταλείπεται· εἰ οὖν βουλήσεσθε τὰ δίκαια καὶ συμφέροντα ὑμῶν ποιησάντων, φιλοτιμότερον ἡμεῖς ἕξομεν τοὺς παρανομοῦντας ἐξετάζειν*.

In B haec emblemata insunt: § 24 *ἐὰν ἄρα [δὴ] διαγενώμεθα*. § 27 *ἀλλὰ [καί]*. § 104 *κάλει μοι [καὶ] Ἀρίγνωτον*. § 33 *ὑπεραισχυνθέντες [γάρ]*. § 88 *ὅστις [ἂν] ἐμαρτύρησεν*. § 79 *ἀκριβῶς [εὖ] οἶδα*. § 13 B *ἀποθανόντα δὲ αὐτόν*, l *ἀποθανόντι δὲ αὐτῷ*, cett. *αὐτὸν* om. § 81 *ὃ [οὗτος] εἰρήκει*. Haec verba delet Cobetus sine justa causa. § 110 *Ἡγήσανδρος [οὗτος* Bm]. § 30 *ἢ [ὁ] τὰ πατρῷα, φησί, κατεδηδοκώς*. § 26 [*Τίμαρχος* om. recte M] *δὲ οὑτοσί*. § 96 *κατέφαγε [τὰ πατρῷα* om. Mg]. Ibidem recte om. M *σφόδρα*. § 33 Scholion *νόμον ἐθήκατε καινὸν* perperam oratoris verbis accommodatum est in omnibus libris praeter M. § 138 *ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων [κακῶν καὶ ἀγαθῶν] ἐνομοθέτουν*. § 143 M *ἀπάξειν*, ceteri falso *ἀπάξειν τὸν Πάτροκλον· ἦν γὰρ Ὀπούντιος*. Hinc apparet neque Weidnerum neque Rosenbergium jure dicere genere M verba scriptoris breviora dari, immo contraria meliore jure dicantur.

Formae immutatae sunt in M: § 6 *κολάζεσθαι* pro *κολάζειν*. § 14 *προαγωγεύσῃ — προαγωγεύῃ*. § 29 *στρατευόμενος — ἐστρατευμένος*. § 36 *ἀφῆτε — ἀφιῆτε*. § 44 *ἐμέλλετε — μέλλετε*. § 46 *μαρτυρεῖν — μαρτυρῆσαι*. § 47 *ἐξεργάσασθαι — ἐξεργάζεσθαι*. § 50 *ἐθέλῃ* df — *ἐθελήσῃ*, § 54 *ὁρῶν — ἰδών*. § 62 *ἐδικάσατο — ἐδικάζετο*. § 72 *ἀκούσαντας — ἠκούσατε* et *μαρτυρῇ — μαρτυρήσῃ*. § 74 *λέγοιτο — εἴποιτε*. § 90 *καταισχύνων — καταισχύνας* et iterum *μαρτυρῇ — μαρτυρήσῃ*. § 91 *γινόμενοι — γενόμενοι*. § 98 *προσέσται — πρόσεστι*. § 100 *ἐδάνειζεν — ἐδάνεισεν*. § 116 *λείπεται — λέλειπται*. § 118 M *νομίζετε*, l *νομήσητε* pro *νομίσητε*. § 129 *λέγεται — λέγει*. § 136 *παρέχονται — παρέξονται*. § 142 Ml *ἀποκέκρυπται, — ἀποκρύπτεται*. § 149 Mqr *γεινόμενον*, l *γενόμενον*, cett. *γινόμενον — γιγνόμενον*. Ibidem in versu Homerico: Mp Laur. *κεύθῃ* pro *κεκεύθῃ*. § 170 fdmglor *προσδέχησθε — προσδέχεσθε*. § 175 df *ὑπολαμβάνετε*, Barb. Abb. *ὑπολαμβάνητε — ὑπολάβετε*. § 42 *ὀψοφαγίᾳ καὶ πολυτελείᾳ — ὀψοφαγίαις καὶ πολυτελείαις*. § 62 fd Abb. *Γλαῦκος — Γλαύκων*. § 78 *οὐδενὸς ἀνθρώπου — οὐδενὸς ἀνθρώπων*; *λόγων — λόγου*. § 79 *Τίμαρχος — Τίμαρχον*. § 90 *ἐν ἐρημίαις — ἐν ἐρημίᾳ*. § 101 *χωρίων — χωρίον*. § 190 dfhq Abb. *ἐν τραγῳδίᾳ*, Barb. *ἐν τραγῳδίαις — ἐν ταῖς τραγῳδίαις*. § 194 *τὴν συνηγορίαν — τῆς συνηγορίας*. § 24 Mhqm *τοὺς νέους — τοὺς νεωτέρους*. § 64 dfhq Abb. *τἀληθὲς — τἀληθῆ*. § 117 *τὰ συμφέροντα — τὸ σύμφερον*. § 181 *εὐφυῆ — εὐφυᾶ*. § 182 *περὶ πλείονος — περὶ πλείστου*. § 194 *ῥάδιον — ῥᾷον*. § 100 *τούτου — τούτῳ*. § 137 *τινὰς — τινά*. § 54 *αἰσχίστων — αἰσχρῶν*. § 117 *ἐλαχίστους — ὀλίγους*.

Genus B plerumque sinceras servavit formas, si recesseris ab his paucis mendis: § 76 abmo *τισὶν* pro *τινάς*. § 86 Mhq recte *γεγόνασι*, cett. *ἐγένοντο*. § 99 Bgmo *αὐτήν*, l *αὐτῷ — αὐτῇ*. § 182 *κόραν — κόρην*.

His vero locis W. immerito genus M secutus esse videtur: § 13 dfg Abb. Laur. *ἐκ γὰρ τοῦ πράττεσθαί τιν' ὧν οὐ προσῆκεν, ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθεντο οἱ παλαιοί*, cett. *ἔθηκαν οἱ*

παλαιοί. Hoc bene toleratur. Sermo enim est de antiquis legislatoribus Solonibus et Dracontibus (*ἔθηκαν οἱ παλαιοὶ νομοθέται*), id quod iis verbis quae praecedunt, confirmatur: *μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, νομοθετεῖ* ... Cob. v. l. p. 613 hanc universam sententiam Aeschinis esse negat. § 22 *ἐσκέψατο τίνα χρὴ τρόπον συλλεγομένους ἡμᾶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν βουλεύεσθαι*, Mgqt *εἰς τὰς ἐκκλησίας*. Verum ubicunque in universum de contione agitur, invenimus singularem numerum. § 24 M *ἐὰν ἄρα διαγιγνώμεθα* pro *διαγενώμεθα*, quod melius esse puto; alioquin Bakio et Rosenbergio assentio, quibus haec verba suspiciosa videntur. § 70 *ὅστις αὐτὸν κατῄσχυνε πρὸς Ἡγήσανδρον*, f Barb. Abb. *καταισχύνει*, W. *ὅστις ἂν καταισχύνῃ*. Qua conjectura nihil effecit, quam ut falso sententiam magis generalem reddiderit. § 130 *πιστεύετε* scribendum esse existimo neque *πιστεύσετε* cum codicibus df Barb. § 162 df Abb. *ἐρεῖ*, quod praetermisit Barb., pro *λέξει*. — Quid rectius sit § 38 *φθέγγηται* (M) vel *φθέγξηται* et § 54 *τοῦτο* (M) vel *ταῦτα*, vix dijudicabitur.

Considerantibus ista exempla ambiguum non erit, quin librarius B diligentius et accuratius archetypum descripserit. Neque probabile est eum tot formas illic corruptas de suo ingenio in integrum restituisse.

Notiones deteriores M tradit Weidnero assentiente his locis: § 5 *τί λέγοντας* — *ἢ λέγοντας*. § 31 *κἂν* — *καὶ* et *καὶ* — *κἄν*. § 39 *ἢ* — *καί*. § 64 *ἤδη* — *δή*; idem vitium recurrit § 96. § 75 *τί* — *ἔτι*. § 91 *δὲ* — *γάρ*. §§ 99, 174 *οὐκ* — *οὐδέ*. § 103 *ἐπειδὴ* — *ἐπεί*. § 111 *δὴ* — *δέ*. § 114 *μήτε* — *μηδέ*. § 163 *οὐ δὴ* — *ὅ δ᾽οὐ*. § 84 *ἔνθεν* — *ἔνθα δή* (hq *ἔνθα δέ*). § 110 *ἅμα* — *μάλα* (h *ἅμα μάλα*). Intellegis codicem h aperte conflatam esse ex codicibus A et M. § 193 *ὀνόματι* — *ὀνομαστί*. § 121 *μεθ᾽ ὑμῶν* — *παρ᾽ ὑμῶν*. § 165 *παρὰ* — *κατά* § 57 *ταύτῃ τῇ* (Barb. *ταύτῃ*) — *τοιαύτῃ*. § 74 *ὅτι* — *τί*. § 75 *ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ* — *ἐπὶ τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ*; *ἐκείνου* — *αὐτοῦ*. § 98 df Barb. *ἔργῳ* — *ἐγώ*. § 105 *τοῦτο ὡς* — *τούτῳ*. § 185 *ὄντα* — *τόν*. § 14 *ἐκείνου* — *τοῦ παιδός*. § 49 *ἀνδρὸς* — *ἀνθρώπου*. § 55 *πράγματα* — *ἁμαρτήματα*. § 57 *λόγον* — *χρόνον*. § 62 *οὐδὲ* — *οὐδέν*. § 73 *τὸ λοιπὸν* — *ὑπόλοιπον*. §§ 90, 92 *μαρτύρων* — *τῶν μαρτυριῶν*. § 102 *νόσον* — *ἀσθένειαν*. § 169 df Abb. *ὁμόνοιαν* — *ὁμοίαν*. § 188 *ἔχοντας* — *ἑκόντας*. § 7 *ἐποίησαν* — *ἐπέστησαν*. § 8 dfgh *διεξελθεῖν* — *προδιεξελθεῖν*. § 47 *καταλιπόντα* pro *ἐκλιπόντα*. § 51 *παρέμεινε* — *διέμεινε* et *ἦλθε* — *ἧκε*. § 57 *εἰςφοιτῶν* — *φοιτῶν*. § 70 *ἐξαχθήσομαι* — *προαχθήσομαι*. § 25 *τεθεωρήκατε* — *τεθέασθε*. § 72 *οἶμαι ἔγωγε* — *ἔγωγ᾽ ὑπολαμβάνω*. § 74 Mghq *οὐκ εἰδότες* — *οὐχ ὁρῶντες*. § 80 *ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ* — *ἐγὼ ὑμᾶς ὑπομνήσω*. § 97 Mhqo *ἀπέφερε* — *ἀποφορὰν ἔφερε*. § 112 *οὐκ ἔτυχε* — *ἀπετύγχανε*. § 113 Mhqrt *ἐπετιμήσατε* — *ἐτιμήσατε*. § 120 df Abb. *ἐγχειρήσει* — *ἐπιχειρήσει* (l *ἐπιχειρήσοι*). § 136 *γεγενῆσθαι* — *συμβεβηκέναι*. § 141 M *ὑπερφρονοῦτας*, l *περιφρονοῦντας* — *περιφρονοῦντες*. § 183 *μιγνυμένη* — *ἀναμιγνυμένη*. § 190 Mg *κέκληνται* — *κεκήληνται*.

B est deterius: § 22 *τοῦτον μὲν τὸν νόμον* recte MW. Ceteri habent *μέντοι*, qua particula Aeschines post intermissam orationem nusquam usus est, sed repereris aut particulas *δή*, *οὖν*, *τοίνυν* aut nullam. § 2 *ἐν* — *ἐπὶ*. § 47 *ὅτι* pro *τί*; *ἑταίροις* — *ἑτέροις*. § 70 *ὅτι* — *τί*. § 79 *ἔναγχος* — *ἔνοχος*. § 92 *ἴσασι* — *συνίσασι*. § 138 *ἐπιτρέπειν* — *προτρέπειν*. § 178 *ἄγεσθε* — *ὑπάγεσθε*, quod verbum Weidnero concedo simplici anteponendum esse. — Pauca igitur sunt exempla, ubi M solum rectam lectionem servavit.

Neque vero his locis cum Weidnero veriores lectiones adjudico generi M: § 15 *ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παῖδα ἢ . . ἢ . . ἢ . . ἢ . . ἢ . . ἐὰν παράνομόν τι ποιῇ εἰς τούτων τινά*, M *καὶ* tradit pro *ἢ ἐάν*. Falso: neque enim novum scelus prioribus annectit membris orator,

sed concludit quodammodo seriem illa generali sententia. Confundi facillime in manuscriptis καὶ et κἂν vix est, quod moneam. § 26 Bl recte ἐν τῷ λόγῳ ἐπεμνήσθην, df Barb. ἐμνήσθην, Abb. ἐγὼ ἐμνήσθην, W. ἐπεμνήσθην scribit partim genera AB, partim genus M secutus. § 40 ὡς αὐτὸ τοὔργον ἔδειξεν, M τὸ πρᾶγμα. W. et Cob. var. lect. p. 617 utraque notio displicuit et emendarunt ὡς αὐτὸ ἔδειξεν. Hujus locutionis documentum apud Aeschinem nequiquam quaeritur; at cf. III 62 ὥς αὐτὸ ἔδειξε τοὔργον, II 13 ὡς αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἔδειξεν. § 41 df Abb. ἔχων, Barb. ἔχων εἰωθώς, ceteri ἔχειν εἰωθώς. Hoc tuetur Athen. VIII 12. Nimirum ratione non disceptatur ἔχων, quod W. praeponit, an ἔχειν εἰωθὼς rectius sit. Idem dicendum est § 53 ubi M ἐξέπεμψεν ἀφ' αὑτοῦ, ceteri παρ' αὑτοῦ exhibent. Neque vero merito W. adverbialem notionem delendam esse putat. § 48 M Stobaeus: οὕτω γὰρ καθαρὸν χρὴ τὸν βίον εἶναι τοῦ σώφρονος ἀνδρός, ὥστε μηδ' ἐπιδέχεσθαι δόξαν αἰτίας πονηρᾶς, ceteri recte μὴ ἐπιδέχεσθαι Namque μηδὲ Aeschines non ad verbum ἐπιδέχεσθαι, sed ad substantivum δόξαν applicasset. § 58 τοσοῦτον ἀργύριον μάτην, ὡς ᾤετο, ἀνηλωκώς, M μάτην, ὥς γε ᾤετο, τὸ ἀργύριον ἀνηλωκώς,. W. μάτην, ὡς ᾤετο, τὸ ἀργύριον ἀνηλωκώς. § 59 κυβευτικὰ ἕτερα ὄργανα, MW. ἕτερά τιν' ὄργανα. Illud probabilius mihi videtur. § 69 κἀκεῖνο δέ μοι πρόδηλόν ἐστιν, Mh κακεῖνό γε πρόδηλόν ἐστιν, quod falso amplexus est W. De hac loquendi formula cf. p. 8 ad III 8. § 69 ἀναβήσεται γὰρ ὑμῖν δεῦρο πιστεύων, MW: οἶμαι pro ὑμῖν. Sed quoniam Aeschines praemisit καὶ οὐδὲν μὰ τὸν Δία θαυμαστόν, illud οἶμαι post ἀναβήσεται γὰρ locum habere non potest. § 74 τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καθεζομένους, M καθημένους. Utrumque recte dicitur, cf. I 40, 120; III 3. — § 78 οὐδενὸς ἀνθρώπου οὔτε κατηγορήσαντος οὔτε μαρτυρήσαντος, MW καταμαρτυρήσαντος. Quid hoc loco καταμαρτυρήσαντος sibi velit nescio. Praepositio κατὰ ex verbo κατηγορήσαντος a sciolo librario deprompta esse videtur. § 113 οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι, M τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας ἀποθνήσκειν. Concinnitas commendat passivam formam θανάτῳ ζημιοῦσθαι. § 116 προσέχειν τὸν νοῦν, M προσέχειν τὴν γνώμην, W. προσέχειν. Cf. quae exposui ad III 64 p. 22. § 187 τί δ' ὄφελος παιδαγωγοὺς τρέφειν ἢ παιδοτρίβας καὶ διδασκάλους τοῖς παισὶν ἐφιστάναι, MW ἢ διδασκάλους. Verum παιδαγωγοὶ servi sunt atque opponuntur hominibus liberis διδασκάλοις et παιδοτρίβαις.

Saepe diverso ordine verba traduntur. Sequuntur primum ii loci, quibus Weidnero removendi locus non fuit. § 4 ὅτι, ἃ μέλλω . . λέγειν φανεῖσθε . . ἀκηκοότες, Mg ἃ μέλλω . . λέγειν, ὅτι κτλ. § 13 Bp ὅτι, φησίν, ἐμισθώσατο, l ὅτι φησὶν ὅτι ἐμισθώσατο, M φησὶν ὅτι ἐμισθώσατο. § 45 τῷ μαρτυροῦντι καὶ μή, Bl καὶ μὴ τῷ μ. § 92 πάνυ κακῶς, M κ. π. § 102 ὅσ' ἔτι καὶ νῦν ἐστι, l ἐστὶ καί νῦν ἐστι, Barb. ἔτι καὶ νῦν, df Abb. ἔστι καὶ νῦν. Haec verba jure Cobetus addubitavit. § 1 M προϊόντος ἐπιδείξω τοῦ λόγου; recte quidem cf. § 42, ubi eodem ordine formula redit; ceteri ἐ. πρ. τ. λ. § 20 νόμων ἡμῖν κειμένων, M ἡ. κ. ν. § 25 ἐπωνυμίαν ἔχων, M ἔχ. ἐπ. § 44 ὅσοι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, οἱ κατ' ἐκ. τ. χρ., ὅσοι. § 48 Bgmopr Vat. Laur. καθαρὸν χρὴ τὸν βίον εἶναι, hlq καθαρὸν εἶναι χρὴ τ. β., M Stob. V 74 χρὴ καθαρὸν εἶναι τ. β. Hoc quidem loco codicum genera perspicua sunt. § 50 πρῶτον μὲν κάλει μοι τοὺς εἰδότας, Mhq κάλει μοι πρῶτον μέν. W. annotat fortasse πρῶτον μὲν delendum esse. Quod, quum sequantur ἔπειτα et τελευταίαν δέ, fieri vetat Aeschinis consuetudo. § 52 τούτῳ δοκεῖ ἔνοχος εἶναι, M δ. τ. ἔν. εἶ. § 60 ὅθ' Ἡγήσανδρος καὶ ὁ Τίμαρχος, hq ὅ τε Τ. καὶ ὁ Ἡ., idem sed omissa particula τε habet M. § 80 σὺ δὲ τί οἶσθα, M τί δὲ σὺ οἶσθα. § 72 οὕτως ὑμᾶς, M ὑμᾶς οὕτως. § 75 ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις νυκτερεύῃ, M ν. ἐν ἀ. οἰ. § 77 παρ' ὑμῖν ἰσχύει, M

ἰσχ. π. ὑ. § 95 ὁ ἦλθεν ἔχων, M ὁ ἔ. ἦ. § 110 οὗτος ἐβούλευεν, M ἐ. οὗ. § 120 Mhr ὑμῖν alio loco ponunt. § 121 λόγον ὑποβαλῶ, M ὑποβάλλω λόγον, l λόγον ἐπιβαλών. § 129 λαοὶ πολλοί, M π. λ. Etiam Hesiodi libri in illo versu variant. § 135 Mhq λοιδοριῶν τινων καὶ πληγῶν, ceteri λ. κ. πλ. τ. § 189 Mhq κἂν μὴ παρῶμεν αὐτῶν τοῖς ἔργοις, glVat. Laur. ἐν τοῖς αὐτῶν κτλ., cett. τοῖς αὐτῶν ἔργοις. § 44 τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι, M π. τ. ἀ. § 57 ἡγήσατο εἶναι αὐτὸν ἐγγύς, M αὐ. ἡ. ἐ. εἶ.

Diversa verborum collocatione motus Weidnerus multa verba ejecit vel e conjectura mutavit: § 57 καὶ τοῦτον ἐκεῖ πρῶτον ἰδών, M ἰδὼν ἐκεῖ πρῶτον, W. om. πρῶτον. Sed ea fuit utriusque natura, ut Hegesander primo aspectu Timarchum, quem antea non cognoverat, sui simillimum esse neque se minus amoris appetentem intellegeret. Considera, quae sequuntur: καί πως ἡγήσατ᾽ εἶναι αὐτὸν ἐγγὺς τῆς αὐτοῦ φύσεως. — § 107 παρακαλῶ δεῦρο, f Abb. δεῦρο παρακαλῶ, W. deleto adverbio formulam usitatam mutilavit. — § 52 οὐκέτι δήπου φαίνεται μόνον ἡταιρηκώς, ἀλλὰ — καί, Mhqr μόνον φαίνεται. W. ejicit μόνον. Sed misso adverbio μόνον sensus flagitat ἀλλ᾽ ἤδη vel tale quid, non ἀλλὰ καί. Cf. III 134 νῦν οὐκέτι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀγωνίζεται, ἀλλ᾽ ἤδη περὶ τοῦ τῆς πατρίδος ἐδάφους. — § 110 ἀνὴρ καὶ γυνὴ κοινῇ χιλίας δραχμάς, f Abb. ἀνὴρ καὶ γυνὴ χιλίας δραχμὰς κοινῇ, d Barb. ἀνὴρ καὶ γυνὴ κοινῇ, W. om. κοινῇ. Manifestum est κοινῇ in archetypo M exstitisse. § 81 Αὐτόλυκος καλῶς νὴ τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον καὶ σεμνῶς [καὶ ἀξίως ἐκείνου τοῦ συνεδρίου] βεβιωκώς, Mhq τοῦ συνεδρίου ἐκείνου. W. ep. p. 5: „Ergo saltem hoc pronomen delendum; nam Areopagitarum collegium subaudiendum esse apparet. Quid porro? aliudne est ἀξίως ζῆν et καλῶς καὶ σεμνῶς ζῆν?" Expunxit autem quae uncis inclusi verba. Sed cur non perrexit quod καλῶς, idem esse σεμνῶς, ergo etiam καλῶς removendum esse? — § 7 ἐνομοθέτησαν καὶ διαρρήδην ἀπέδειξαν, Bl ἐνομοθέτησαν ponunt post γάρ. W. delet hoc verbum et καί. — § 17 τοῦτον οὐκ ἐπιτήδειον εἶναι ἡγήσατο συμπολιτεύεσθαι, M ἡγήσατο εἶναι. W. del. infinitivum. — § 43 φοβηθέντες οἱ ξένοι ᾤχοντο φεύγοντες, καταλιπόντες τὰ παρεσκευασμένα, M habet φεύγοντες ante ᾤχοντο, W. del. φεύγοντες. Sed illam festinationis notionem desideramus, qua hospites coacti erant mensas cibis exstructas relinquere. — § 49 ἡ φύσις ἐστὶ τοιαύτη τοῦ ἀνθρώπου, M ἐστιν ἡ φύσις. W. del. ἐστί. — § 88 ἔστιν οὖν ὅστις ἐμαρτύρησεν ἢ ἐνεχείρησεν τοιαύτην ἀπόδειξιν ποιεῖσθαι τοῦ πράγματος, M ποιεῖσθαι τὴν ἀπόδειξιν. W. del. ποιεῖσθαι. — § 123 ἅ δὲ πείθει σε Δημοσθένης λέγειν, Mh λέγειν Δ., qW om. Δ. Elucet nomen Demosthenis in M intra lineas fuisse. — Saepenumero Aeschines interposuit vocabulum φησί, ita ut orationem familiari quodam colore obducat, cf. §§ 19, 22, 28, 29. Immerito W. mea quidem sententia istam voculam §§ 14, 135 diversis locis vagantem exterminavit, etiamsi Cob. v. l. p. 630 φησὶ fulcrum (?) mutile appellet. — § 41 ἀλλ᾽ ἵνα αὐτὸν γνωρίσηθ᾽ ὅστις ἐστίν, M et Athenaeus γνωρίσητε αὐτόν, W. del. αὐτόν. Sed cum omnes Graeci scriptores tum Aeschines adamabant subjectum enuntiationis secundariae objecti loco in primaria ponere. Atque apud nostrum, si ὅστις ἐστί vel simile aliquid sequitur, semper hunc usum servatum inveneris: cf. I 69; II 73, 91. § 47 οὐδὲν αὐτῷ ἔσται πλέον, M ἐστ᾽ αὐτῷ, W. del. αὐτῷ. Quid enim? Casus dativi liberum tali libidini praebent spatium. § 25 μέγα δὲ πάνυ τούτου σημεῖον ἔργῳ ὑμῖν οἶμαι ἐπιδείξειν, Mg τούτου πάνυ, Mhq οἶμαι ante ὑμῖν ponunt. W. del. τούτου et ὑμῖν. Cf. ea quae p. 22 ad 46 congessi exempla. § 48 τούτῳ παρεσκεύασα, M π. τ. W. del. τούτῳ. § 79 ὁ δὲ κῆρυξ ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοί, M νῦν ἐμοὶ παρεστηκώς, W. del. ἐμοί. § 114 ἐξώλειαν αὐτῷ. W. ep. p. 6: „ergo (propter diversam collocationem) deleri praestat hoc pronomen. Quod quamvis etiam III 99 reperiatur in ista for-

mula non magis necessarium quam in dictione illa *θανάτου τιμῶμαι.*“ Hanc ratiocinationem impugnari opus non est. — § 107 *ἦρξε δ' ἐν Ἄνδρῳ πριάμενος τριάκοντα μνῶν τὴν ἀρχήν*, Mhq *τὴν ἀρχὴν τρ. μν.* W. del. *τὴν ἀρχήν.* Sed interrogamus, quid emerit, quod ex *ἦρξε* suppleri non potest. § 53 *ἤδη γὰρ οἶμαί τινας ὑμῶν ἑωρακέναι*, M *ὑμῶν τινας.* W. del. *ὑμῶν.* § 82 glmopr *εἶναι γὰρ αὐτὸν ἔμπειρον*, dhq Barb. *αὐτὸν τούτων ἔμπειρον*, ab *αὐτὸν ἔμπειρον τούτων*, fAbb. *τούτων τοῦτον ἔμπειρον.* Hunc totum locum pro emblemate habet Herwerden Mnemosyne V 2, 192. W. scribit *εἶναι γὰρ τοῦτον τοιούτων ἔμπειρον.* Vocabulo *τοιούτων*, quoniam de certo loco sermo est, sententiam turbavit. Rosenberg. l. c. p. 187 anteponit Weidneri conjecturae superlativum *εἶναι γὰρ αὐτὸν ἐμπειρότατον.* Haec mihi non placent et rem mihi sic explico. Simulac Autolycus verba *περὶ τῆς ἐρημίας . . . τῆς ἐν Ἀρείου πάγου* pronuntiavit, universa contio exclamat *ἔμπειρον τούτων* (sc. *τῆς ἐρημίας καὶ τοῦ τόπου τοῦ ἐν τῇ Πυκνί*). Superlativo opus non est. — § 90 *καταμεμαρτυρημένος ὑπὸ τοῦ βίου τοῦ αὑτοῦ καὶ τῆς ἀληθείας*, M *τοῦ ἑαυτοῦ βίου.* W. *τοῦ βίου.* Sed cf. § 69 *πιστεύων τῷ αὑτοῦ βίῳ.* — § 118 *εἰ τιμᾶν ἐπίστασθε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας*, M *τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθούς.* W. *τοὺς ἄνδρας* uncis inclusit. Eodem modo depravavit III 152. — § 174 *ὅταν τὰς τῆς πρεσβείας εὐθύνας διδῶ*, M *τῆς πρεσβείας τὰς εὐθύνας.* W. ep. p. 8 del. *τῆς πρεσβείας.* Istas quidem rationes cujusnam muneris essent, vel pueros tum et mulierculas scivisse. Certe, sed erant etiam aliae rationes neque quidquid abesse potest, ideo est removendum. — § 193 *διεξιὼν δὲ τὰ ἐπιτηδεύματ' αὐτῶν καὶ τὰ σώματα γνώριμα καταστήσω*, M rectius *αὐτῶν* post *σώματα* ponit. W. del. *αὐτῶν.* — § 20 *μηδὲ γνώμην εἰπάτω μηδέποτε μήτε ἐν τῇ βουλῇ μήτε ἐν τῷ δήμῳ*, Mghq *μήτε ἐν τῷ δήμῳ μήτε ἐν τῇ βουλῇ*, quae collocatio usitata est. W. del. *μήτε ἐν τῇ βουλῇ μήτε.* Sed patet plenam legis formulam ab Aeschine allatam esse. Studet enim quam plurimas cogere res, a quibus illum leges repellebant. — § 37 *ὑπεθέμην ἀρχόμενος τοῦ λόγου*, M *ἀ. τ. λ. ὑ.*, quod del. W. Sed ubicunqne *ὑπόθεσιν* protulit Aeschines, addita reperimus *ἀρχόμενος τοῦ λόγου*, *ἀρτίως*, similia. — § 61 *πέρας πείθουσιν ἀναστῆναι ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὸν ἄνθρωπον*, Mhqr *τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ.* W. del. *ἀ. τ. β.* — § 103 *ἅπαντα τὰ μέτρι' ἐγίγνετο παρὰ τῶν ἐπιτρόπων τῷ Ἀριγνώτῳ*, Mhqo *παρὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐγίγνετο.* W. del. *παρὰ τῶν ἐπιτρόπων.* Sed tamen mihi videtur orator hanc notionem *ἐπιτρόπων* pressisse. Quum tutores omnia necessaria Arignoto praestitissent, in Timarchi manus postquam res familiaris transiit, ille nihil jam accepit. — § 113 *τῶν ἐν Ἐρετρίᾳ ξένων*, Mtr *τῶν ξ. ἐν Ἐ.* W. del. *ἐν Ἐ.*, quasi nusquam nisi in Eretria Athenienses tunc habuissent mercennarios milites. — § 135 *κἀνταῦθα δή τινα καταδρομήν, ὡς ἀκούω, μέλλει ποιεῖσθαι περὶ ἐμοῦ ἐπερωτῶν*, M *περὶ ἐμοῦ ποιεῖσθαι.* Etsi haec locutio hic tantum reperitur tamen id constat ad *καταδρομήν*, quo tendat, semper additum esse. Cf. Plat. res publ. 5 p. 472 A. — § 179 *ἐπειδὰν δ' ἀπὸ τῆς ἀπολογίας ἀποσπάσθητε*, Mhqor *ἀποσπάσθητε ἀπὸ τῆς ἀπολογίας.* W. del. *ἀπὸ τῆς ἀπολογίας.* Pergit Aeschines *καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐφ' ἑτέρων γένησθε*, ita ut opposita verba *ἀπὸ τῆς ἀπολογίας* aegre desiderentur.

Neque vero nego saepius in Timarchea ut in reliquis orationibus recte verba a Weidnero esse omissa, quae incertis locis traduntur: § 27 *ἐστρατηγηκότων.* § 52 *μόνον.* § 101 *ἀμενήτου τῆς οὐσίας οὔσης.*

Quae modo exposui per singulas orationes, liceat mihi paucis complecti. Atque Weidnerus invenerat omnium orationum libros ad singula redire exemplaria, quorum scripturam revocare primum esset criticorum officium. Hoc tamquam principale praeceptum

Rosenbergius, ubi Weidneri operam in Timarchea collocatam examinat, immerito parvi aestimat frustraque studet ita impugnare atque infringere, ut grammaticorum aliorumque qui locos Aeschineos afferunt testimoniis demonstret jam antiquitus plures recensiones exstitisse, quarum duas codicibus nostris asservari. Itaque etsi fuisse unquam archetypum concedit, tamen ad remotissima refert tempora, ita ut explorato archetypo nihil proficere videamur. Haec quam falsa sint, ostendunt permulta exempla, ubi ex variis et perversis librorum lectionibus verae archetypi restituuntur. Namque aliarum vel alius recensionis lectiones in archetypum nostrum illatas esse, quas modo hic modo ille praetulerit scriba, omnes concedent. Neque vero demonstrari potest scribas AB(M) ad normam quandam archetypum transscripsisse: veluti ut A lectiones illas in archetypum postea illatas respueret, B reciperet. Quamquam frustra Weidnerus id semper molitus est, ut regulam quandam detegeret, ad quam referret librorum diversitatem. Atque id omnibus me probasse spero singularum orationum archetypum unum eundemque fuisse, quod confirmatur et reliquorum oratorum exemplo et vitiorum quae obvia sunt in omnibus orationibus similitudine.

Ex archetypo autem tres fluxerunt recensiones ABM modo magis modo minus inter se diversae. Weidnerus duas tantum agnovit. Sed demonstravisse mihi videor libros dfBarb. = M in Ctesiphontea satis dissentire a reliquis libris, ut proprium iis effici genus constet. Etiam in altera oratione vestigia proprii generis produnt isti libri, in prima vero, quum praeter depravatum codicem l genere A careamus, magnum habent pondus atque etiam a Weidnero generi B = ab praeponuntur. — De singulorum vero generum auctoritate prorsus aliter sentio atque ille. In tertia enim et altera oratione optimum putat genus A = ekl, grammaticorum correcturis corruptum esse genus B = ab (gm), genus M = dfBarb. ut contaminatum neglegit. In prima oratione omnem dignitatem dat generi M, contemnit genus B, codicem l inter contaminatos habet. Equidem vero variis lectionibus comparatis demonstrasse mihi videor in omnibus orationibus scribam B omnium fidelissime archetypum descripsisse eaque de causa consentire plerumque genera BM. Sed id concedo Weidnero singulis quibusdam locis eum jure secutum esse genus A vel genera AM. Addo quod ad Timarcheam reliquos Weidneri et mea sententia contaminatos libros non nunquam attuli, ubi cerneretur Rosenbergi librorum discriptionem perversam esse. Praeterea coactus eram propter spatium hic mihi concessum, quae non tam necessaria videbantur, resecare.

Omnino vero hoc modo artem criticam in Aeschine exercendam esse censeo, ut lectiones duorum generum praeferamus, nisi nexu sententiarum et Aeschinis Atticorumque consuetudine improbentur. Id vero compluribus exemplis me ostendisse existimo ex Aeschinis usu multis locis dubiis, quid scribendum esset, saepius quam adhuc factum esset quaerendum esse.

Gerae ex typographia aulica.